

3 Adferere, Venæ sectionem ex pede primum, & non ex manu esse committendam.

Confutatio dissentientium circa artic. mor.

Ad primum respondet Auic. cap. de cur. sciat q̄ repercus-  
sua & fortiter styptica sunt in hoc casu multum suspecta,  
quoniam materiam in loco profundo incutiunt, & nocēt no-  
cumento uehementi & demum fit difficilis eius resolutio.

Ad secundum Razes in diuis. inquit hoc esse eis proprium  
quod per saniam non terminantur.

Ad tertium Auic. loc. cit. & non fiat primum phleboto-  
mia ex pede nisi post phlebotomiam in manu nisi materia  
sit ualde pauca, &c.

Finis libri tertij.

## IOANNIS BACCANELLI,

MEDICI REGIENSIS,

De Consensu Medicorum,  
in curandis febris.

Liber Quartus.

Febris quid sit, & unde dicatur.



FEBRIS quæ a feritate, uel a feruore  
dicitur est calor præter naturalis accen-  
sus in corde & arterijs ad alia membra  
diffusus naturalibus actionibus incommo-  
dans, qui calor duplex est alter natiuus et  
genuinus, alter uero acquisitiuus ac stu-  
rius, qui si per totum corpus diffundatur febrem efficit. si mi-  
nus laetitudinem inducit.

NN 3

## Loci consentientes de febre.

Alex. lib. 5. cap. 1. Febris nil aliud est quam immodice au-  
 elus feruor accensus præter naturam in corde & arterijs,  
 qui secundum naturam ignis cor possidens corpori uniuerso  
 damnatur.

Gal. 2. de mor. cau. cap. 2. Πυρετός ἐστὶ τοῦ πάντος ἑσθὲν  
 θερμότης τις ἀπὲρ τὸς οὐσῶν. i febris est totius animantis im-  
 modicus calor. Et. 1. aph. febris est conuersio naturæ calidita-  
 tis ad igneam. Et. 3. de diff. mor. cap. 5. ubi calor totum corpus  
 infestat febris nominatur. si uero per totum corpus non dif-  
 fundatur lassitudo dicitur. Auicenn. 4. can. cap. 1. Febris est ca-  
 lor extraneus accensus in corde & procedens ab eo mediâte  
 sanguine & spiritu per uenas & arterias ad totum corpus  
 & inflammatur inflammatione quæ nocet operationibus na-  
 turalibus. Gal. de difficul. respi. cap. 21. duplex est caloris ge-  
 nus alterum genuinum & corpori innatum, alterum acquisi-  
 tum ac spurium. Obiectio.

Erunt ne bini calores distincti an unus & idem calor na-  
 turalis & extraneus quod bini distincti sint, uidetur, nam na-  
 turalis temperatus est, ut in. 2. de fac. nat. & in com. apho. Qui  
 crescunt plurimū habent caloris innati, sed in. 1. aph. est mu-  
 tatus ad ingenium ut in definitione superius allata.

## Responso.

Dicimus unum & eundem calorem esse quo ad substan-  
 tiam, sed esse diuersos calores quo ad fundamentum, nam ali-  
 ter fundatur naturalis quam præter naturalis & c. Nota etiā  
 quod febris est morbus calidus et siccus calidus ἐρεπυετῶς sic-  
 cus uero potestate, nam febris si in superflua humiditate ac-  
 cendatur, non abū sicca dicitur sed facultate.

## Defebrium diuisione.

Febrium aliquæ sunt substantiales aliquæ accidentales,

Substantiales sumuntur a materia, a modo motus, a quantitate, materia uel erunt membra continentia ex quibus hæctica, aut humores, unde putrida, aut opurta, i. agitantia siue impellètia ut spiritus a quibus ephemera prouenit, A modo motus quū τρωος κινησεως sit ratio motus quo calor mouetur, A quantitate. i. a remissione & intentione illius caloris. Febres accidentales dicuntur quæcumq; opilationes, & inflammationes siue alios abscessus sequuntur, et non sunt per se ægritudines sicut aliæ, Sumuntur etiã accidentales a calore ut mordaces, mites aut a colore ut pallide liuide. Febrium aliæ sunt breues aliæ longæ, aliquæ salubres aliquæ insalubres aliæ interpolatæ, aliæ continuæ, & harum aliquæ sunt simplices aliæ cõpositæ. Rursus interpolatarum tres sunt quotidiana, tertiana, quartana. Continuarum quæ a staua bile proueniunt due sunt species altera synoche dicta, altera sortito generis nomine cõtinua dicitur. Rursus synoche tres sunt, quedam a principio usque ad finem æquales perdurant quedam augentur, quedam decrescunt, primæ homotenea & acmaistica, 2. anabastica & epacmaistica, 3. peracmaistica dicuntur. Continuarum rursus nonnullæ singulis tertijs diebus inualescunt, nonnullæ in quotidianarum figura progrediuntur, & aliæ in quartanarum forma.

Loci consentientes de diuisione febrium.

Gal. i. de diff. feb. Principales ac proprie febrium differentie sumuntur ab earum substantia, aliæ uero ab aliquo accidente & c. Aet. ser. s. cap. 58. differentie huius caloris maioris aut minoris ratione distinguuntur & iuxta subiectum, siue materiam aut ipsum cordis corpus calore occupante, aut humores aut aeriam substantiam & c. Alex. lib. s. trifariam in summa febres ingruunt in spiritibus humoribus & membris solidioribus in spiritibus & quædam in humoribus bifariam

Formæ  
Febrium

aut in uenis ut *καυρες* si humores cum sanguine computruerint, & quas *συνεχεις*. i. continuas uocant, aut extra uenas per diuersas corporis partes putridi humores discurrunt, et febres fiunt quas Græci *τυπικας* uocant, in membris fiunt febres *hecticæ*.

Auice. Dicamus q. febres apostematum & opilationum sunt febres accidentales & alie febres sunt *agritudines*, lege Gal. 1. ad glauconem cap. 4. de hac re. Auic. ibi. Diuiduntur etiam febres ut nonnullæ sint acute non acute cronice nõ cronice, nocturnæ diurnæ salubres & horribilia accidentia habentes alie dimittentis alie inseparabiles & c. Gal. 2. de diff. feb cap. 2. intermittentiũ tres sunt omnes numero quotidiana tertiana quartana, quotidiana à pituita putredine, tertiana à flaua bile, quartana à nigra, continuarum quæ à flaua bile proueniũt due sunt species altera synoche dicta, altera sortito generis nomine continua. B. Itidem ait. 2. de cris cap. 9. & nota q. *συνεχεις* à continuo seruore dicitur, de qua Gale. 9. meth. cap. 4. mentionem facit, & harum uniuersum tempus in una accessione consumitur, & c.

#### De caulis februm in genere.

Causa februm duplex est extrinseca & intrinseca. Extrinseca fit ab aere calido uel frigido, a mala qualitate, a corruptione, a motu et ab otio. Intrinseca diuiditur in causas *προκαταρχοντας*. i. præincipientes, & in *προνομευτας*. i. antecedentes & in contentiuas siue coniunctas. Procatarchica est quæ quum peractum est opus, recedit ut exustio solis uel ictus scorpion. Coniuncta est quæ quum adest præsentem seruat morbum, sublata tollit, ut calculus in uesica. Antecedens uero a coniuncta prorsus constituitur, nam hac præsentem adest affectus & aucla augetur & minuta minuitur & sublata remouetur. Nota tamen q. hæc cause s. præincipiens coniuncta & antee

*Causa.*

dens referuntur ad causam efficientem, nam causa materialis in febribus, erunt membra ut in hectica, humores in putrida, spiritus in ephemera. Causa formalis erit calefacere & adurere corpus, & causa finalis cuius gratia hæc aguntur, erit sensibilis læsio operationum, &c.

Loci consentientes de causis febrium.

Gal. 1. de diff. feb. cap. 5. Quum febris sit in corde quedam præter naturalis caliditas eius causas nunc ostendere intendimus, nam non unus est tantum generationis caliditatis modus, sed aut propter motum, aut propter putrefactionem, vel propter adhesionem alterius caloris, aut propter retentionem calidi effluxus aut propter mixtionem calide substantie fiunt &c. De alijs causis lege Gal. in li. de cau. procatarct. et 1. met. cap. 8. Vide etiam de causis caliditatis. Gal. 2. de morb. cau. c. 2. Et nota q. Gal. 4. meth. c. 3. inquit externæ causæ cognitionem non nisi ad noscendos affectus, qui nostram notitiam subiungunt utilem esse &c. De febrium temporibus.

Tempora febrium bifariam considerantur, aut quatenus uniuersalia aut quatenus particularia. Vniuersalia sunt que totius morbi, siue febris circuitum absoluant.

Particularia sunt que paroxysmi siue exacerbationis partem metiuntur, rursus uniuersalia nõ solum penes morbi essentiam, sed & penes symptomata & materiæ alterationem distinguuntur, nam sicut morbi principium tempus dicitur, in quo morbus apparet, sic etiam principium erit quum materia cruda nullum coctionis uestigiũ demonstraret, aut quum symptomata incipiunt. Si r̄ augmentum dicitur, quum morbus augetur, vel accidètia intenduntur, vel aliquod indicium appareat. Status erit quum morbus et symptomata, nõ se mutado in sua dispositione maneant, aut quum signa coctionis manifesta uideantur. Declinatio erit quum nõ solum febris declinet sed et accidètia et

materia iam digesta expellitur, tempora uero particularia distinguuntur circa caloris modum, nam si calor a materia submergatur in membro erit principium quum uero calor excitatur, erit augmentum, at quum intensiori gradum calefacit, erit status & quum remittitur declinatio seu remissio morbi dicitur, nonnulli inter initium & incrementum, in equalitatis nomen connumerarunt, sicut interualum ac quietem in declinationis fine & c. Nota quod principium morbi interdum uidetur absconditum, & hoc quum morbi principium adeo breue sit ut cognosci non possit sicuti in synocha epilepsia & apoplexia aut quum morbus est paucorum accidentium, aut quum in prima die morbi concoctionis indicia appareant, & c.

#### Loci consentientes de febrium temporibus.

Gal. lib. de totius morb. temporibus, cap. 1. Equiperat morbi tempora ad animantium etates unum quidem principium generationi eorum tribuens, alterum incremento. 3. uigori. 4. declinationi quum agri salui futuri sunt. Auic. 4. can. cap. 3. febrium hore sunt sicut reliquarum egritudinum, principium, augmentum status apud ultimum & dedinatio, & sunt quinque particulares cause cuiusque paroxysmi & c. Act. ferni. 5. cap. 2. Principium febrilis exacerbationis est contractio extremarum partium omnium & maxime nasi, augmentum habet accidentium incrementum & cessat frigiditas, uigor erit ubi calor equaliter per totum corpus diffunditur & c. uide illum fissus. Gal. in lib. de morb. temporibus, sex tempora enumerat, initij nomen, in equalitatis, incrementi, status siue uigoris, declinationis & integritatis interualum ac quietem nominans & c. De his plura in hoc lib. iuxta Gal. inuenies, nam fecat etiam periodum in duas partes in accessionem & remissionem siue interuallum. Et nota pro iunioribus quod pes-

riodus idem importat ac si diceretur circuitus, & est tempus in morbis ex intensione & remissione consistens. Typus uero est intensio-um remissionumq; ordine succedens redditio. Paroxysmus & exacerbatio idem important & sunt ut inquit Aet. motus morbi particularis a remissione ad deterius. De principijs morbi absconditi lege Aui. latus. 4. can. c. 3.

Quomodo status morbi præcognoscatur.

Cognosces morbos fore breues uel prolixos, ab ipso morbi paroxysmo, nam paroxysmi in longi longum, breues breuem morbum prænuntiant, Item ab ipso genere morbi nam apoplexia, tertiana, breui, paralysis & quartana longo tempore terminantur. Ab ipsa uirtute debili uel ualida, unde ex debili, breuis ex ualida longus erit. Ab ipsa ætate & tempore, nam in senio & hyeme, longus, in iuuentute et æstate breuis, Ab ipsis accidentibus breuiter uel longo tempore duratibus, Ab ipsis excrementis exeuntibus mutatis, nam in urina nullum apprensens cõcoctionis indicium longum morbum et contra breuem sig. Nota quod peracuti morbi quartum diem non transcendunt, Acuti uero plerumq; 14. Vocandi erunt morbi acuti, si cum seuis symptomatibus terminantur. Quare febres ephemerae non erunt morbi acuti &c.

Loci consentientes de præcognitione status.

Hip. aph. 1. aph. 12. Accessiones & constitutiones morbi indicabunt, & anni tempora & circuituum, ad inuicem incrementa siue quotidie siue alternis diebus siue per maiora intervalla fiant. Gale. non solum in hoc com. sed etiam in. 1. de crisi. 6. libro quomodo, quispiam futurum morbi uigorem possit primo cognoscere facile ostendit quem legere poteris. Aui. 4. can. cap. 4. Docet cognoscere statum ex tempore & motu morbi, ex ipsa uirtute, ætate, tempore, pulsu, rigore, a paroxysmo ab accidentibus ipsis & ex euacuatione & di-

gestione &c. Vide illum latius de his. Hip. aph. 2. aph. 23. Acuti morbi in quatuordecim diebus iudicantur. Et Auic. 4. can. cap. 3. status diuersus est in morbis, morborum enim ualde acutorum status quartum diem non transcendit, nec febres ephemeræ morbi acuti dicuntur, & si propinquus sit earum status, quum hoc non satis sit, sed oportet insuper quod temporem inducant, acuti uero absolute morbi sunt quorum status. 14. attingunt, &c.

Auhores dissentientes circa febrem.

- 1 Adserere, febrem esse complexionem calidam & siccam.
- 2 Adserere, febrem non posse diuidi in morbum & accidēs.
- 3 Adserere, in omni morbo esse assignanda quatuor tempora.

Confutatio dissentientium circa febrem.

Ad primum, respondetur q. si complexio calida & sicca esset febris tunc sequeretur q. complexio biliosa esset febris, quod falsum est, nam febrientes siue pituitosi siue sanguinei sint, remanent semper in eadem complexionem ac præditi erant, Præterea idem homo plures in complexionem mutaretur nam febriens esset biliosus non febriens pituitosus quod falsum esse omnes asseuerant.

Ad secundum Auic. & concil. differentia. 87. tenent quod febres sunt accidentales quum mediate uel immediate a morbo dependant, sunt autem morbi quum nullum morbum sequuntur.

Ad tertium respondet Arcu. morbos qui nullam uarietatem medico sensibilem de se præbent, & qui in principio generationis contrahuntur, & qui ad mortem terminantur, non habere quatuor tempora, & sic falsum est quod in omni morbo sint quatuor tempora.

De febre ephemera.

Febris ephemera, nil aliud est quam calor accensus in spiritibus, & dicitur ephemera siue diaria, non ex eo q. duret



tantum per unam diem, sed quia plerunq; accidit, ut in uno die desinat, per durare tamen potest usq; ad quartum diē, sed raro tertium diem progreditur.

Loci consentientes de febre ephemera.

Gal. aph. 4. com. 55. febres diariæ omnes ab ipso Hip. uocantur quicunq; sui ratione una die durant, tales uel a tumoribus inguinum uel a causis manifestis fiūt. De reliquis a medicis lege Gal. 10. meth. cap. 2. ibi sane dicuntur id genus febres omnes diariæ quia solui una die sunt aptæ & c. Item. 9. meth. cap. 1.

Obiectio.

Anceps sum an tantum in spiritibus calor accendatur, quum sanguis & spiritus una promisceantur, ut uoluit Gale. 6. de usu partium, immo & 2. de diff. febrium cap. 9. tenet a sanguine calefacto fieri ephemeram, quare non solum in spiritibus, sed etiam in sanguine calor accendetur.

Responsio.

Dicimus utrunq; a calore febrili calefieri, sed si aduertamus quod primo non in sanguine, sed in spiritibus calor fundatur, dubitatio nulla erit.

De causis febris ephemeræ.

Quum duplex sit ephemera, uera. s. & spuria. Vera fit tantum a causis procatarctiis, spuria uero fit per accidens uel ex obstructione, uel per ἀντιπρῆσις, sicut ex cohibitione & c. Cause ephemerarum totidem ac suæ species sunt, quæ teste Auic. enumerantur. 21. Nam aliquæ ad animam magis quam ad corpus pertinent ut angustia tristitia cogitatio ira, uigilia, somnus, quies, timor, & gaudium, aliquæ magis spectant ad corpus quam ad animam, ut motus quies euacuatio dolor syncopis fames sitis obstructio, satietas nauseatiua inflammatio soliditas, aliquæ uero extrinsece ueniunt, sicut ab adustione frigore soliditate balneis & c.

Loci consentientes de causis febris ephemeræ.

Auic. 4. can. cap. 5. omnes febres diariæ fiunt aut a causis præincipientibus per se calefacientibus, aut per accidens ut opilando aut per antiparistasin ut cohibendo, & cæ. lege eum fusius. Gal. 2. de cris. cap. 13. sunt autem hæc tantummodo spiritus passiones absq; humorum putredine aut membri inflammatione nisi inflammationis inguinibus accidant, earum uero generationis occasiones sunt uigilia cruditas tristitia timor ira curæ deustio refrigeratio lassitudo ebrietas, et quæcunq; similia & c. Vide Aet. ser. 5. cap. 58. ibi, auspicientes ac externæ laceffentes causæ, & c.

De signis febris ephemeræ.

Signa februm ephemerarum sumuntur a iocunditate caloris, non incipiunt cum frigore rigore somno uelut putride, nec in principio calor concentratur. Concoctio in urina primo die apparet, fiunt a primitiuis tantum causis, pulsus non est diuersus, nec systoles magis se accelerat quam naturalis, principium paroxysmi leue est ac facile, augmentum nõ ultra duas horas se extendit, in statu nullum uehemens symptoma uidetur. Declinatio fit cum sudore ad integritatem desinit & adhibito balneo nullus horror sentitur. Signa transmutationis ephemeræ in alias febres sumuntur ab ipsa declinatione febris, nam si absq; sudore fiat, uel cum sudore per quæ integra reconualescentia non sequatur iam in alias febres transit, item si declinatio ultra 24. horas cum symptomatibus & pulsibus non naturali se extenderit, aut si remanserit aliqua symptomata in sui recessu. Cognoscitur etiam quum in hepticam transmutatur ex signis hepticæ, de quibus infra latius, aut in synocham ex ueharum repletionè ex caliditate inflammatione rubore faciei & c. aut in putridas ex horrore, pulsus diuersitate & coarctatione ex mordaci calore &

a uehementia symptomatum, &c.

Loci consentientes de signis. 1

Gal. 1. de diff. feb. cap. 7. Indicia sunt ut si fiant a procatar-  
tlicis causis, & est signum inseperabile sed non proprium, si  
concoctio in urinis, si pulsus frequentia a proprietate defi-  
ciat, si nullo modo systoles ad celeritatem tendat, si caliditatis  
ad sit suauitas, si cum sudore aut rore, uel optimo aliquo ua-  
pore declinatio ad integritatem sequatur hæc omnia pro-  
pria & inseperabilia signa sunt &c. De reliquis lege Auic.  
4. can. cap. 6. Item Aet. ferm. 5. cap. 58. & Paul. lib. 2. c. 15. Item  
Gal. 2. de cris. cap. 13. & 1. art. cur. ad glauc. c. 2. & 3. lege etiã  
Arcul. & alios neotericos &c. De signis transmutationis le-  
ge Auic. 4. can. cap. 8. Item Gal. 1. de diff. feb. cap. 7.

De cura febris ephemera.

Si a causis procatartlicis febres ephemeræ fiant, tunc al-  
teratione sola curantur, si uero a causis corporeis oriantur,  
tunc triplex erit intentio. Prima circa cause ablationem &  
febris alterationem, ita ut calida frigidis curentur, ut exustio  
solis cum umbra, & sic duo efficies causam remouebis &  
malam febris discrasiam per alterationem expelles. 2. prohi-  
bet ne fiat transitus ab hac febre ad alias, meatus aperiendo,  
uapores resoluendo, cum balneis in febris declinatione adhi-  
bitis, uel cum oleo quopiam perspicando. 3. est que sympto-  
matibus occurrit & regimen instituit, ad febrem enim se-  
quitur dolor sitis uigiliae, & ad eius causam syncopis epile-  
psia &c. quibus occurritur, opportunis præsidijs. Regimen  
uero non solum febrem sed eius quoque causam respicit. Vi-  
eius igitur ratio humida ac boni succi in declinatione febris  
exhibeatur, ijs uñum interdicitur qui ex inflammatione uel  
furore febricitant, in uigilijs tamen concedendum, at in reli-  
quis rebus non naturalibus semper contrarium est offeren-

*non*  
dum, sicuti in labore quietem iubemus, in uigilijs somnum in ira & furore animi iocunditatem, &c. Interdum cibus modo quodam coacto & irregulari in principio febris est exhibendus, ijs praesertim qui ex labore angustia fame & sitis persua bile febricitant &c. Ad species ephemerarum particulares scribendo non descendam: si quidem rarissime opus medici desideratur, ni prius morbus in putridam aut heclicam febrem mutetur &c.

Loci consentientes de cura ephemerarum.

Aet. ser. 5 ca. 59. usq; ad cap. 69. de omnibus febribus ephemeris particularem curam pertractat. Similiter Auic. 4. can. a cap. 10. usq; ad 44. de singulis particularibus mentione facit signa demonstrando causas & curationem Alexan. iridem agit lib. 5. cap. 1. Paul. unicum tantum caput de diarijs habet lib. 2. cap. 15. Galen. 1. art. cur. ad glauc. cap. 3. omnes hasce febres balneis curare oportet, & ad consuetam uictus rationem eos perducere, &c. Et paulo post loquens de uictu interdicitur inquit uinum qui inflammatione inguinum laborant. simili-  
 liter & furore percitis cibo insuper humido ac boni succi reficiendi sunt etc. q. aliquos cibare oporteat in principio proxyfimi lege Auic. 4. can. cap. 9. ibi necesse est in principio febris cibare qui patiuntur ephemeram ex labore & angustia, Itidem ait Gal. 10. meth. cap. 5. ibi quum adhuc inuassura sit febris uel quum incipit &c.

Obseruationes circa balneum & euacuationem.

Auic. 4. can. cap. 9. balneum non conuenit in quattuor casibus, primo quum timetur de casu putredinis. 2. quum adest obstructio ab humoribus crassis. 3. quum adest satietas nauseatina. 4. quum adest catharrhus &c. Item dixit q. in ephemeris nulla euacuatio conuenit, nisi adsit materia abstruens aut satietas nauseatina, aut totius corporis repletio &c.

De

## De pronosticis ephemerarum.

Galen. 1. ad glauc. cap. 2. cura harum februm in promptu est, at earum cognitio maiorem exigit diligentiam, & qua nemo ante nos quantum oportuerit scriptum reliquit & c. itidem ait Auic. 4. can. cap. 5.

## Obiectio.

Gal. 1. de diff. feb. ca. 7. uidetur contrarium innuere quum dicat, nec earum cognitio est difficilis. Responsio.

Dicimus hanc esse difficilis cognitionis quum ipsum adhuc perseverat principium, sed facilis quum iam ad declinationem uenit manifestam. Hip. aph. 4. aph. 55. ex inguinu tu moribus omnes febres male præter diarias. uide in hac re Oribasij com fusius. Auic. 4. can. cap. 5. homines quibus maxime nocent febres ephemeræ, sunt calidi & siccī quia ad heclicam cito perueniunt, aut calidi & humidi, quia in febrē putridam incidunt, & c.

Authores dissentientes circa febrem ephemeram.

1. Adserere, omnem ephemeram esse febrem accidentalem.
2. Adserere, ephemeram coniungi posse cum putrida.

Confutatio dissentientiu circa febrem ephemeram.

Ad primum, Respondetur quod si ephemeræ sequerentur calorem aut dolorē alicuius apostematis, q̄ hoc uerum esset, sed non omnes huiusmodi sunt, igitur non accidentales.

Ad secundum dicit Arcul. q̄ tenenda est eorum pars, qui negant has febres coniungi posse, nam quotiens calor ad humorum putredinem transit non amplius ephemeram efficeret potest sed tantum putridam.

## De febre hectica.

Febris hectica est calor præter naturalis accensus in membr̄is radicalibus siue solidioribus quæ græci κερπο τερεα uocāt, cōsumptis tamē in ipsis humiditatibus, cuius species sunt tres iuxta quatuor humiditates secundas, quarū prima uocatur

nomen non habens. 2. ros. 3. cambium. 4. glutem, ita tamen ut quoties humiditas prima desinit & 2. quæ est ros incipit accendi, tunc prima species hectica dicitur, quæ si ad cambium. 3. humiditatem peruenerit, tunc erit. 2. species, & uocatur ab Auic. dubalen. i. arefactio siue  $\mu\alpha\pi\alpha\sigma\mu\delta$ . i. tabes, si uero ad gluten deuenerit, tunc erit. 3. species & uocatur ab Auic. almuchasif, siue curuatura, nam fere eadem forma uidetur, ac est in decrepitis curua, & c.

#### Locī consentientes de febre hectica.

Auic. 4. can. ca. 1. tract. 3. Cum inflammantur membra radicalia & proprie cor, est illud ipsa agritudo quæ est hectica secundum quod sciuisi etc. Gal. præd. 2. com. 60. quum partes ipsæ corporis solidiores ignitiores euadunt febres hecticas nominamus. Quod sint tres species hecticae lege etiã Auic. loc. cit. ubi etiã enumerat humiditates secundas. Lege etiã Gal. 1. de diff. feb. cap. 9. tabida febris incipit quum natua humiditas in unoquoque corpore inaspera in medijs spatijs partium similarium, ex qua primum partes nutriuntur & circa cordis corpus periclitatur, quum uero iam res eo periculi uenerit, ut nihil iam ex tali humiditate supersit, tunc exquisita tabes consistit & c. Et cap. 8. eiusdem tabida febris non tantum sicca, sed etiã calida est passio, & c.

#### De causis febris hecticae.

Causæ febris hecticae uel sunt febres ephemeræ aut putride aut febres ex partium nobilium inflammationibus ortæ, sicuti ex pulmonis aut thoracis affectibus, præsertim ex empiemate & pti, aut febres ardentes cum totius animalis & cordis præsertim siccitate. Interdum causæ sunt errores medicorum qui uictum nimis tenuem instituunt, aut aquam frigidam in inflammatione diaphragmatis prohibet, aut quum ob defectum animi uinum & aquam carnis & diamuscum

iubent, quæ omnia ob sui caliditatem ad hecticam agrū perducunt & raro hectica per se incipit.

Loci consentientes de causis febris hecticæ.

Auic. 4. can. tract. 3. cap. 1. c. causa hecticæ sunt febres ephemeræ, aut putridæ, aut febre inflammationum, quia raro hectica incipiendo accedit nisi sit causa valde fortis. & c.

Gal. 1. de diff. feb. c. 1. 9. exoritur hæc passio ipsi cordi non nunquam per se ipsam sicuti excandentijs tristicijs nonnunquam ex ardentibus febribus, aliquando ex pulmonis et thoracis affectibus præsertim ex empiemate & ptisi, & ex omnibus diuturnis inflammationibus nobiliores partes occupantibus & c. lege locum fusius. De reliquis lege Auic. 4. can. tra. 3. cap. 1. ibi, fiunt etiam ab alijs & c.

De indicijs febris hecticæ.

Februm hecticarum duo sunt propria indicia primum quod a principio usque ad finem sunt æquales, nec accessionem nec augmentum nec uigorem, nec remissionem habent. 2. quod æger non se febricitare percipit. Reliqua signa sumuntur partim a calore si quidem a coctione calor crescit, item in primo tactu cæteris ardentibus febribus est suavior sed in processu fortior & magis erodens, item pulsus est durus frequens debilis fixus partim ab ipso corpore mutato, nam oculi sunt concavi flos uitalis coloris extinctus adsunt uigilie corpus extenuatur, in urina apparet quedam supernatans unctuositas cutis fit arida squalida, hæc febris si aliqua a læsione membrorum incipiat, ab eorum arida intemperie ex qua siccitas notabilis prouenit, facile deprehendes & c.

Loci consentientes de indicijs febris hecticæ.

Gal. lib. 3. de præsaq. puls. cap. de arteria cordis, Februm hecticarum duo hæc sunt propria signa ut si perpetuo sibi illa similes sunt, nec inuasionem ullam accessionis nec incrementum

mentum nec uigorem nec remissionem habeant, nec se febricitare percipiat eger & c. lege Gal. 1. de diff. feb. cap. 9. abunde enim de his signis pertractat, ibi adest oculi concuuitas amisso eorum liquore, ros uitalis coloris extinctus, in tota cute squalitas immoderata palpebræ dormitantiibus similes etc. lege tu fusius. Auic. 4. can. cap. 2. tract. 3. sumit indicia a pulsu a tactu a cibus, nam pulsus inquit est durus frequens debilis fixus & sic de reliquis. Alex. lib. 5. cap. 22. seorsum de omnibus signis pertractat, quomodo scilicet hectica a diaria putrida; distet, & quomodo hectica in marasimū transeat, lege eum si lubeat uide etiam Auicem. de signis aduul & c.

#### De curatione hectica.

Duplici scopo hecticam curabis quorum alter sit ad sex res non naturales. Alter ad medicinalia primus fiet, si aer in æstate declinet ad frigidum, si uictus sit humidus & frigidus plus tamen humectans quam infrigidans, qualis est ptisana hordei, carnes hœdi perdicum caponū qui ex amylo & frumento nutriti sint, pisces petrosi, cancri fluuiatiles, testudines nemorales, limacia & ranæ oua sorbilia caseus recens, potus sit aqua hordeacea uel uinum album olygophoron, absint motus uigiliæ superflua repletio & ieiunium, sit uictus ratio paulo plenior quam tenuior ob morbi longitudinē gaudeat eger & letetur. Circa medicinalia quattuor opus sunt intentiones, prima sit in remouenda causa hectica, unde si fuerit causaulcus in pulmone primo remoueatulcus non neglecta tamen hectica cura. Si causa fuerit tristitia inducendo letitiam auferetur. 2. intentio respicit febrem quatenus febrē hecticam & tūc infrigidatio & humectatio tam per interiora quā per exteriora competunt, sicuti est aqua hordeacea cum cancri fluuiatilibus decocta syr. uiol. de papauere de iuiubis, Item electuaria resumptiua ueluti quodam a Gordonio & a



Francisco Pedemontio extat descriptum. Valet etiam lac asinum & muliebre, modo asina & mulier ex rebus frigidis & humidis nutriantur & dosis erit iuxta Auicennæ placitum a 3. 10. usq; ad 23. & communiter ab ontijs tribus usq; ad quatuor, uerum lac prebendum non est, quū post eius assumptionem sitis & difficultas spirandi et calor recepti, augeri uideantur, uel ubi febris putrida hectica coniuncta sit. Extrinsecus uero conueniūt unguenta ex oleo uiolaceo nenupharino, ceratum a Francisco Pedemontio descriptum & epithema facultate frigidum sed actu tepidū. 3. Intentio est eorū remotio quæ cū febre hectica copulatur, in quorū numero quæ febris putrida adsit, tūc euacuatio nō ratione hectice quæ est immaterialis, sed ratione putride ex qua superflua plurima aggregantur, conuenit, sit tamen pharmacum non ualde soluens tum propter uirtutis imbecillitatē, tum quia periculum esset de maxima exiccatione quæ proculdubio fugienda sunt, sed eius loco pharmaco leni ac lenitiuo utamur. Ultima intentio est symptomatum correctio et sunt syncopis tussis et fluxus uentris, syncopis tollitur cum aqua carnis, uino granatorum uitellis ouorum et uino odorifero, irroretur etiam facies ex aqua ros. mosch. Fluxus uentris ac ipsa tussis emendantur ac dictum est supra pro quibus recurre ad sua capita.

#### Loci consentientes de cura hectice.

De prima intentione loquitur Gal. 10. meth. cap. 2. ibi, nutrimentū oportet esse humidum & frigidum quod hecticis febribus sit conducendum ut ptisanæ cremor frigidus etc. Vide Paul. li. 2. cap. 22. Auerois. 2. collig. inquit q. magis humectatione indiget eger quam refrigeratione & c. De secunda intentione Gal. in art. par. inquit uniuscuiusq; causam prius abscondere oportet deinde ad eam quæ ex ea facta est egritudinem deuenire. Auic. 4. can. tract. 3. cap. 4. intentio curandi febrem.

hecticam est in frigidatio & humectatio & c. Itidem ait Aet. ser. 5. cap. 93. ibi scopus curationis in humectantibus & refrigerantibus consistit.

De exhibendo lacte lege Gale. 10. meth. cap. 2. Item Pau. li. 2. cap. 22. & inuenies modum exhibendi & c. De balneo similiter lege Gal. 10. meth. c. 10. & Auic. loc. cit. & Aet. ser. 5. c. 93.

#### Observationes circa curam.

Auic. loc. cit. cauetamen in his frigidis ob caloris eorum imbecillitatem, ne multum in gradu extollantur, alioqui calor eorum suffocaretur.

#### De pronosticis hecticæ.

Hip. aph. 2. aphor. 28. Febricitantium non omnino leuiter permanere corpus, & non minui, uel etiam plus quam ratio exposulat contabescere malum, hoc enim morbi longitudinem, hoc uero imbecillitatem significat. Gal. 1. de diff. feb. ca. 8. ubi iam febris hectica exquisite consistit, & iam dudum incepit, non modo eandem curare est difficile, sed etiam impossibile. Auic. 4. can. tract. 3. ca. 1. hectica est in principio rei difficilis cognitionis & facilis curationis, & finis adubul non penitus recipit curationem. B. difficilis est cognitionis quia parum uel nihil à sua naturali dispositione corpus permutatur, idcirco postea curatur quoniam uirtutis robur uehementem tollat refrigerationem, at quum  $\mu\alpha\rho\sigma\mu\omicron\delta\eta\varsigma$  efficitur, in eius curatione frustantur medici, tum ob nimiam consumptionem tum ob eorum imbecillimam uirtutem.

Authores dissentientes circa hecticam febrem.

1. Adserere, hecticam febrem posse absq; alia febre per se incipere.
2. Adserere, in hectica febre fieri mutationem ex specie in aliam speciem.
3. Adserere, cibum non esse causam quare in hectica magis

calor appareat, &c.

Contutatio dissentientium circa febrem  
hecticam.

Ad primum, inquit Auic. 4. can. tract. 3. cap. 1. q. longinquū est ut accidat hectica incipiendo, & posse membra radicalia inflammari, quin prius humores & spiritus non inflammentur, & sic non posse per se incipere nisi ab alia urgente causa dependeat &c. Ad secundum Arcul. inquit non esse dicendum eundem calorem numero, & æque intensum migrare de spetie in spetiem sicuti patet in exemplo Auic. Nam flamma accensa in lychnio primum absomit oleum in lucerna positum, deinde oleum lychnio imbibitum, demum humiditate coti & sic non migrat de spetie in spetiem. Ad tertium, respondet Gal. 1. de diff. feb. quod caliditas arida, humido irrorata magis manifestatur eo q. aliquam partem cibi tenuem in uapores conuertat, uel si magis placet opinio Auerois, eo quod caliditas febrilis quæ non sentiebatur per cibum assumptum, mutatur ex non sensu ad sensum apparentem & sic causa efficitur ut calor magis appareat, &c.

De febrium putridarum diuisione & numero.

Recitat Gal. 2. meth. cap. 7. q. tres sunt febrium diuisiones ex humorū putredine orta. prima ex eo q. cause ipsius putredinis adsunt, uel non adsunt. 2. ex eo q. per totum animal aut eius partem aliquam est diffusa putredo. 3. quatenus cū phlegmone est aut citra hanc. Enumerat deinde in lib. contra lypria cum has esse febres putridas quæ numero sunt nouem, ut ardens lypiria, hepiala, typhodes pestilentes semitertiana quotidiana tertiana quartana, de quibus seorsum tractabimus &c.

De putredinis definitione.

Putredo iuxta medicorum opinionem, est corruptio humoribus contingens propter ebullitionē extranei caloris etc.

Loci consentientes de putredinis definitione.

Gal. 2. meth. cap. 8. putredo est mutatio totius putrescentis corporis substantiæ ad corruptellam a calido externo.

Arist. 4. meth. putredo est corruptio propriæ caliditatis ab aliena caliditate in unoquoque humido. B. non mirum quum familiaris & nativa caliditas concoctionem adiuvat, externa vero corrumpit lege Aet. ser. 5. cap. 74.

De causis putredinis.

Duplex est causa putredinis, altera ipsam complens, altera preparans. Complens si intrinseca fuerit tunc est respirationis priuatio, quæ a multo crasso ac uiscido humore meatu constipate fiet. Si extrinseca tunc erit ab aeris mutatione. Causa preparatoria erit ueluti cibus, qui male per suam substantiam, qualitatem, tempus, ordinem & artificium disponitur, nam substantia eius uel est nimis uiscosa ut anguilla, aut nimis humida ut fructus aut renuitur a natura, aut corruptibilis per se est ut lac. Qualitas in causa erit ubi cibus plurius humiditatis erit particeps. Tempus erit etiam causa preparatoria si cibus in tempore non opportuno sumatur. Ordo etiam erit causa ubi crassa & dura tenuibus in comedendo preponantur. Artificium si cibaria male parantur, at in genere loquendo, omnis putredo a calido et humido fieri potest etc.

Loci consentientes de causis putredinis.

De causis putredinis lege Auic. 4. can. tract. 2. cap. 1. ibi putredo fit a cibo ab obstructione, aere humore, ubi de cibo tantumquam de causa preparatoria loquitur, lege eum fusus. Simile Aet. ser. 5. cap. 74. Et Gal. 2. de cau. morb. cap. 8. ibi putredinem inducunt aut medicamenta quæ suapte natura putrefacere possunt, aut excrementa in ipso animali genita, aut ea quæ transpirationem impediunt. Hip. 3. epidim. a calido & humido putredinem fieri dixit, nam si annus inquit calidus & hu-

midus fuerit necesse est ut magna pestilentia succedat. Vide de hac re Gale. 1. de temper. cap. 4. Item de inaequali intemperie c. 4. & 7. ibi non tantum quae inculcata sunt & prospiratu prohibita. sed & putrescunt alia multa & c. Vide etiam Gale. 2. meth. cap. 8. & c. De ratione diuersitatis februm.

Putredo est aut in uno solo membro tantum, unde aliquis abscessus orietur, & hoc uel ratione imbecillitatis membri, uel eius uehementis caloris, uel eius doloris & c. Aut erit in totius corporis ambitu diffusa, quae si a maximis uenis ad minimas transierit fiet febris continua, si uero extra uenas in omnes corporis meatus distribuatur, tunc erit interpollata. Causa interpollationis est triplex, prima quia humor uelociter uel tarde putrescit. 2. quia humor uelociter uel tarde in loco putredinis colligitur. 3. quia humor uelociter uel tarde a putredine expurgatur. Pituita igitur quotidianam facit ex eo quod uelociter ob sui humiditatem ad putredinem mouetur, aut citius ob sui quantitatem colligitur, cuius accessio durat horas. 17. Quartana ratione suae siccitatis duos dies interponens tarde putrescit & ratione suae paucitatis tarde colligitur. Tertiaria uero inter has seruat medium, unde si fuerit pura durat. 12. horis, sicuti quartana si fuerit a naturali melancholia durat horis. 19. Et pro eius quiete assignantur horae. 48. Et in quotidiana sex, & in tertiaria. 24.

Loci contentientes de ratione diuersitatis februm.

Auic. 4. can. 2. tract. capitulo primo dupliciter uariatur putredo, uel ratione humorum putrescentium aut ratione loci, quia quandoque est in uno solum membro, quod quadripartitam contingit, uel ratione suae imbecillitatis, uel ratione uehementis eius loci caliditatis, uel ratione acuitatis & doloris, & c.

Gal. 2. de diff. feb. c. 2. Rationem reddit quare febres inter-

pollata quur ue conclusa sint, quam quum in longam orationem protrahat ad illud caput te conferes. Vide etiã. 2. de crisisibus cap. 3. quanquam uberius de his pertractet Auic. & c.

#### De signis febrium putridarum in genere.

Indicia febrium putridarum propria sunt quia nulla antecedit causa procatartica, incipiunt cum rigore horrore, sed non omnes, adest inæqualitas pulsuum, calor mordax atque tactui molestus. Sed proprium ac inseparabile est indicium pulsuum systole uelocitas & urinarum cruditas debilisq; concoctio, præcedit etiam primum morbi insultum lassitudo pigritia somnolentia, uigilia, spirandi difficultas, uenarum tensio, sitis, dolor capitis, inquietudo, periodus cum sudore terminatur, & c.

#### Loci consentientes de signis febrium putridarum.

De his indicijs loquutus est Galen. satis uberius primo de diff. febr. cap. 7. ibi indicia febrium que humorũ ratione accenduntur, hæc sunt, primum non inseparabile sed proprium est q. nulla ex causis procatartice ipsas antecedit, initium sumere a rigore proprium est putridarum sed non inseparabile signum & c. lege locum fusius, & plura ad hanc rem facientia inuenies lege in super Paul. li. 2. cap. 2. Et Auic. 4. can. c. 2. ibi, ut plurimum antecedit almeilitotu cui associatur lassitudo pigritia alices saltus commotio somni uigiliae anhelitus constrictio uenarum tensio & c.

#### De cura febrium putridarum in genere.

Morbus quatenus morbus per sui contrarium auferri ex se possit febris est morbus igitur per sui contrarium tollenda erit, sed hæc febris minime tolli potest, ni prius putredo a qua dependet, inhibeatur, que nec causa manente inhiberi potest, igitur primum erit remouenda putredinis causa, mox ipsa febris sanabitur. Causa putredinis erit transpirationis

prohibitio quæ uario modo oriri solet, nam aut a densatis exiguis meatibus & constrictis corporibus fiet, aut ab humorum abundantia aut a crassitie et lentore, quæ singulæ affectiones per sua contraria remouebuntur. ut densitas per rarefacientia, constrictio per dilatantia, crassities per incidentia, lentor per detergentia, & si totum corpus iam singula ditorum occupauerint etiam toti corpori per contraria est occurrendum. Sed quia febris est morbus de repletione, idcirco etiam euacuari desiderat, euacuabitur manu & pharmaco, manu per sectionem uenæ, cucurbitulas hirudines et frictions, pharmaco expurgante per inferiora aut superiora per urinam & sudorem. Demum symptomatibus complicitiis succurrendum, & norma uiuendi instruenda erit & c.

Loci consentientes de cura febrium putridarum in genere.

Gal. 2. meth. cap. 4. & 5. febris sanari non potest, nisi inhibita prius putredo sit, porro ea inhiberi, causa manente non potest, quare submouenda eius causa erit si modo & c. lege eū fufius, & habebis quæcunque dicta sunt licet sub alijs uerbis & c. lege etiam Auic. 4. can. 2. tra. cap. 7. ibi. scias quod intentio in medicādo has febres, quandoq; uertitur ad partem febris, quare est in frigidare & humedare, interdum ad materie partem & c. De uisū lege fufius in lib. 1. ubi omnes afferre ad propositum accommodauimus.

De febre tertiana pura.

Febris tertiana pura, est interpollata febris, a flaua bile pura ac tenui putrescente orta, cuius est de tertio in tertium ægrum affigere, secundum naturam humoris propriam, & in 7. periodis uel ante iudicatur.

Loci consentientes de febre tertiana pura.

Gal. 2. de diff. febr. cap. 3. febris tertiana exquisita est quæ

per sensibiles corporis partes delata oritur, cum rigore inuadens atq; ardentis febris similitudinem gerens & bilis uominibus aut deiectionibus, aut sudoribus, uel ex horum quibusdã uel omnibus soluitur, cuius accessio duodecim ad summũ horarum æquinoctialium spatio finitur. Hip. aph. 4. aph. 59. Tertianæ exquisita in septenis circuitibus quod tempus longissimum est, iudicatur. De causis febris tertianæ puræ.

Febres tertianæ puræ fiunt a flaua bile putrefacta ac mota & ex uasa lata præsertim in consistentium atate biliosissima, tempore æstiuo, in regione calida & sicca, & in ijs præcipue qui laboribus uigilijs & solis ardore, & cibis calidis & siccis aut immodico pharmacorum calidorũ ac exiccantium usu, curis, & similibus usi fuerunt, &c.

Loci consentientes de causis febris tertianæ puræ.

Gal. 2. de diff. feb. cap. 3. febris hæc a flaua bile per sensibiles corporis partes delata oritur. Et in. 1. cap. eiusdem libr. tertianæ fiunt ab amara bile, & plerunq; in corporibus quorum naturalis habitus ad bilem accedit, in consistentiũ atate biliosissima tempore æstiuo & c. B. Nota q; tres sunt febres biliosæ iuxta Auic. placitum tertiana. s. continua, tertiana periodica & causon. periodica rursus diuiditur. nam aut est pura, aut spuria, pura quæ a pura bile cui nullus alter humor admiscetur, oriri solet, lege de his causis Aet. ser. 5. cap. 79. Itẽ Gal. 2. de cris. cap. 3. Item oribus. apho. 4. com. 59. & intelliges febrem interpollatam extra uasa putrefieri, lege etiam Aui. 4. can. cap. 35. Et Gal. 4. aph. com. 59. & c.

De signis febris tertianæ.

Sex sunt ex quibus indicia febris tertianæ sumuntur, primum a modo rigoris ut incipiat cum horrore et rigore diffili ita ut pungi ac uulnerari cutis uideatur. 2. ab urina & sudore, nam sudor per totum corpus apparet in paroxysmi re-



cessu, urinæq; sit rubra ac ueluti ignea. 3. a caloris qualitate, ut sit caufonis calore suauior ac minus mordens æqualis tamen quæ; uersus, qui primo acris uideatur, sed paulo post a manu remanente uincitur. 4. ab ipsis symptomatibus unde fitis quæ hominem exurit, & uigiliæ adsunt sine capitis grauitate. 5. a pulsu, qui est uelox magnus non æqualis in diastoli & systoli. 6. sumitur ab ætate regione tempore, & a multitudine euentus tertianarum, & ad infebrecitationem desinit. Signa quibus tertiana exquisita a spuria differat, sunt quatuor, primum q; eius accessio non transcendit duodecim horas. 2. exquisita tertiana in septenis circuitibus iudicatur. 3. incipit cum rigore breui & intenso & terminatur cum sudore exuberante. 4. quia in prima uel. 4. uel. 7. uidetur urinae coctio, quod in spuria nequaquam.

Loci consentientes de signis febris tertianæ.

Gal. 2. de cris. cap. 3. febris tertiana cognoscitur quia æqualem & liberam celebritatem habet, neq; ullum adest inflammationis signum, sitim muehit, hominem exurit, in uigore consistit calor æqualis est quæ; uersus, post potum plurimus uapor per cutem exhalat sudoris nuntius, uomitus bilis adest, uenter soluitur, & biliosum mingunt, sudor apparet uaporosus calidus per totum corpus æqualiter sudans, pulsus uelox magnus ad infebrecitationem desinit & accessionis tempus ultra. 12. horas non se extendit, sæpius septem horas interdum citius & tardius, incipit cum rigore etc. De indicijis per quæ distinguitur a spuria tertiana lege Aui. 4. can. ca. 37. tra. 2. Oribas. aph. 4. cõ. 59. Sex modis cognoscitur exquisita tertiana, nempe, materia, natura, tempore, regione, copia ciborum & temperie, & c. Gale. 2. de diff. feb. enumerat de tertio in tertium accessionem breue tempus cum rigore inuadens & per sudores & bilis uomitum & excrementa biliosa & c. lege Paul. lib. 2. cap. 18.

## De cura febris tertianæ puræ.

In cura febris tertianæ puræ sex opus sunt intentiones, quarum prima uersatur circa regimen sex rerum non naturalium. 2. erit lenitio uentris ac materiæ in contrarium alteratio. 3. erit euacuatio. 4. urina uel sudoris prouocatio. 5. caloris remanentis alteratio & membrorum roboratio. 6. accidentium correctio. Regimen contrarias omnino qualitates requirit. unde aer sit frigidus & humidus, sicuti & cibi humectare & refrigerare habent. ut ex oleribus attriplex blitum lapathum lactuca endiui cucurbita cremor ptisanæ & sorbitiones alicæ aqua hordeacea. Caueant a melle syapi salitis & omnibus acris, item a uinis præcipue uetustis, ubi uero morbus concoqui cœperit dandum est uinū tenue aquosum, quum uero morbus soluitur liberius exhibendū. 2. intentio est uentris lubricatio et materiæ alteratio, prima fiet cum clysteribus ex casia rhodomelle & oleo uiolato, uel cū casia simplicis bolo & c. Alteratio materiæ per refrigerantia & humectantia ut cum syr. de endiuiâ ros. uiol. de agresta de suc. acet. Acetoso simplici cum aquis endiuiâ uiol. etc. 3. euacuatio fiet per sectionem uenæ si sub forma antecedentis causæ materia fuerit sanguini admixta, aut in futuro de admiscenda timeatur, quæ si a sanguine fuerit sepeparata, tunc fiet per pharmaca soluentia sicuti cum rheub cum casia diacatholice electuario de suc. ros. & c. 4. eliciet sudorem & urinam non rebus calidis, sed potius id ualentibus frigidis sicuti cum acetoso simp. cum emulsione. s. communium frig. in aquis endiuiæ acetosæ, aut cum balneis temperatis boni odoris. 5. erit caloris derelicti alteratio ac laxorum membrorum roboratio. Relaxantur enim membra tum ob imbecillitatem ex resolutione spirituum acquisitam, tum ex calore febrili & euacuationibus tam naturalis, quam artificialiter factis, his igitur

tur succurritur cum rebus frigidis roborantibus sicut cũ tro.  
de camphora sy. ros. aut cum triasandalis, diarhodone abb.  
zucharo ros. uel cum epithematetum cordi tum hepatis appli-  
cito. s. remouet accidentia que huic febrī contingere solent  
sicut sunt sitis, uigilia, dolor capitis & asperitas linguæ. Sitis  
tollitur cum collutione oris multifarīam parata sicuti cum a-  
quis endiuie acetose cum uino granatorum, & omphacio  
addito zucharo uel cum electuarijs de uino granatorum aut  
cum mucilage psyllij in sydone xara inuoluto ac in aqua  
immerso. Vigilie remouentur cum ungu. populeone addita ca-  
sia odorata opio, & croco aut cum lotionibus ex rebus so-  
mniferis etc. Dolor capitis tollitur cum cucurbitalis frictio-  
nibus cum oxyrhodino & puluere capituli frig. & c.

Locī consentientes de cura febris tertianæ puræ.

De prima intentione loquitur Gal. 1. ad glauc. c. 9. ibi, sem-  
per oportet contrarias qualitates illis, que præter naturam  
inualuerint, opponere, quum hoc multo plus iuuat q̄ quomo-  
dolibet euacuare, & paulo post cibi humectantes & refrige-  
rantes omnes exquisitis tertianis sunt utiles, quantitas tanta  
sit ut concoqui possit, ex oleribus sint attriplex blitum lapa-  
thum malua lactuca & cucurbita, & ex alijs ptisanæ succus  
& alicæ sorbitiones ex piscibus saxatiles, ex uolatilibus que  
mollibus constant carnibus. Item testiculi gallorum & suum  
pedes & cerebella. Item ouorum sorbillum uitelli, quia hi fa-  
cilius q̄ pars alba concoquuntur & c. lege locum fusius & no-  
ta prædictam uisus rationem tantum delitiosis esse exhiben-  
dam, robustis uero, qualem nobis monstrauit Hip. stenuē & c.  
lege Paul. lib. 2. cap. 19. Et Auic. 4. can. cap. 39. De secunda in-  
tentione loquitur Gal. & similiter de tertia, primo ad glauc.  
cap. 9. ibi, exquisitam tertianam que ex flaua bile commota  
inualefcit quam maxime fieri potest refrigerare oportet &

humefiāre etc. De ceteris uero intentionibus lege iuxta Auic. loc. cit. ubi enumerat lenientia pharmaca, & commendat fieri phlebotomiam quando est possibile, deinde materiae adæquationem cum syr. acetoso, & euacuationem, demum resoluētia & c. lege eum siſius.

Observationes circa uictum.

Auic. loc. cit. Et non cibus nisi apud has cōditiones prima nisi alius primum soluta sit. 2. q. prior cibus sit concoctus ante paroxysmi aduentum. 3. non exhibeatur cibus nisi in tempore quietis sicut in declinatione si possibile est. 4. quoties ad statum properatur tunc uictū magis attenuare oportet, & c.

De pronosticis febris tertianæ.

Gal. 1. ad glauc. cap. 8. Exquisita tertiana septem circuitibus iudicatur, & præter id etiam minime periculosa. B. Nota quod in febribus intermittentibus annumerantur tantum accessiones & non dies, unde in tertiana septem circuitus, 14. dies referunt, in quibus etiam alij acuti morbi finiuntur. uide apho. 4. comm. 59.

Hip. apho. 4. aph. 36. sudores febricitanti si inceperint, boni tertio die. 5. 7. 9. 11. 12. 17. 20. 27. 34. hi enim sudores indicant morbos qui uero non ita sunt, laborem significant & morbi longitudinem & recidiuam. Gal. 3. de cris. cap. 3. Tertiana uomitibus & excrementis biliosis & sudoribus toto corpore fluentibus finiri debet, qui tumor tenuissimus, si modo ascendit uomitum irritat, si descendit aluum mouet, si ad meatus cutis sudorem copiosum ob sui tenuitatem elicit & c.

Auic. 4. can. cap. 37. Et quandoque consumitur in uno paroxysmo ob sue materiae tenuitatem & c. B. Gal. 2. de dif. feb. cap. 3. quatuor causas breuitatis enumerat quæ sunt humoris quantitas, qualitas, laborantis uigor, & corporis dispositio, ut exempli gratia si cum pauca quantitate humoris & tenui  
eius

eius qualitate, uigor cum rara dispositione corporis maior fuerit, tunc morbus erit breuis, sed si multa bilis crassa uigoris inbecillitas & densa corporis dispositio simul fuerint, tunc morbus erit ualde longus &c.

De febre tertiana notha siue spuria.

Gal. 2. de diff. feb. cap. 8. Enumerans signa exquisitæ tertianæ inquit, quibus uero aliquid horum deficit, hæc non amplius exquisita, sed simpliciter tertianæ nuncupantur, maxime si intermissionem  $\mu\alpha\lambda\alpha\tau\epsilon\rho\sigma\alpha\upsilon$ . i. breuiorem habuerint, accessione uidelicet in longius tempus protracta, et notat quatuor huius febris differentias, prima uocatur simpliciter extensa, quæ ad 24. horas extenditur, 2. paululum extensa, & durat usque ad horas 30. Tertia dicitur amplius extensa, & durat usque ad horas 36. Quarta uocatur plurimum extensa & durat usque ad 40. & plures horas, ita ut quotiens magis a pura siue exquisita distabit, toties magis notha siue spuria siue extensa nuncupabitur &c. Similis sensus est. 1. ad Gal. ca. 8.

De causis febris tertianæ nothæ.

Causa ut plurimum est crassabilis putrefacta, interdum bilis cum pituita admixta & unta &c.

Loci consistentes de causis tertianæ nothæ.

De causis lege Auic. 4. can. 2. tract. cap. 35. ibi, Tertiana non pura fit à putredine bilis crassæ substantiæ, ob commixtionem bilis cum phlegmate commixtione complexionali unta etc. B. Intellege ita humores misceri, ac si ab utroque una forma perueniret, & in hoc ab emittiteo differt, qui a duabus inuicem distinctis formis efficitur. Et nota quod Gal. facit differentiam inter duas tertianas et duplicem tertianam, nam duplicis tertianæ causa, ab una tantum minera prouenit, sed duarum tertianarum causa a duabus mineris loco distinctis efficitur.

De lignis febris tertianæ nothæ.

PP

Signa sunt sex grauitas capitis cum dolore tensiuo. 2. Accessio durat ob humoris crassitiam usq; ad 24. uel 30. horas, & tepor eius usq; ad 48. Tertium non apparet concoctionis uestigium sed urina est cruda. Quartum non extenuatur corpus sicuti in tertiana simplici. Quintum nec cum sudore desinit, nec rigorem interdum habet, nec adest caliditas acris & mordax. 6. Nulla adsunt seua accidentia ac diu sum est in simplici tertiana, & idem accessionis tempus semper est.

Loci consentientes de signis tertianæ.

De his signis lege Auic. 4. can. 2. tract. cap. 37. ibi, in nõ pãra tertiana adest grauitas capitis cum dolore extensiuo durat; paroxysmus usq; ad 24. horas uel 30. usq; ad declinationem, & tunc tepescit donec compleantur. 48. horæ & c. lege eum susus. Gale. 1. ad glauc. cap. 8. ex historia adolescentis omnia signa huius febris demonstrauit inquiring urina cruda admodum, febris incidit cum horrore, quæ neq; in caliditate, neq; in pulsibus exquisita tertianæ est similis, accessio durat ab aurora tertie diei usq; ad auroram quartæ & semper idem accessionis tempus. lege hunc locum uberius. Et nota quod non idem accessionis tempus semper est, nisi materia crassa bili dominetur & c.

De cura febris tertianæ nothæ.

Curandi intèntiones tot erunt quot diæ sunt in febre tertiana simplici uersatur igitur prima circa regimen sex reru non naturalium, unde uictus in primis non quotidie sed alternis diebus in tempore quietis exhibendus erit, qui non adeo infrigidet et humectet, ut in tertiana simplici, sed aliquatenus calefaciat incidit & abstergat. sitq; nõ tenuis adeo sed paulo crassior quam diu sum est. Ceteræ uero res nõ naturales eadem fere qualitate fac ut polleant, 2. quæ est uentris lenitio ac materie preparatio efficietur primo clysteribus ex cassia hie

ra picra oleo camomillino & sale paratis. Similiter præparatio materiæ cum syr. acet. simp. rhodomelle syr. de duabus rad. bisianthino cum aquis & decoctis cicorij boraginis fœniculi & c. 3. erit euacuatio quæ peccante materia cum sanguine fiet per sectionem uenæ aut corpore existente plethorico, quod ubi a sanguine sepe ratam cognoueris tunc uomitu uel pharmaco solutiuo euacuabis ut puta cū infusione rheu. agarici, aut cum diaphinicone & casia & c. 4. erit urina & sudoris prouocatio, quæ cum hordei decocto uel petrosilini apij cicorij & c. perficietur. 5. erit membrorum quæ laxa sunt roboratio & fit cum troc. de ros. de eupatorio aut aromatizato ros. Extrinsecus cum oleo de mastice de spica de menta de absinthio aut cum fotu ex camomilla absinthio menta, addendo semper aliquid uini odoriferi & c. Vltima intentio est quorundam symptomatum remotio, quæ sunt in appetentia & somnus profundus, incitatur appetitus cum capparibus conditis in aceto aut cum diacitonite cum zuccharo aut in unctionibus superscriptis & c. Somnus etiam remouetur cum aceto calido ut refert Auic. cap. de subet aut cum lotionibus, & cum his similibus quæ agrum expergisci possunt.

Loci consentientes de cura febris tertianæ nothæ.

Gal. 1. ad glauc. cap. 10. Non oportet cibum quotidie exhiberi sed alternis diebus, uictus ratio non fit quæ humectet & refrigeret uniuersum corpus qualis in exquisitis tertianis exhibetur, sed aliquem modum sumat ad calefaciendū & incidendum & c. Post uictum sectionem uenæ commendat, ibi, q̄ si sanguinem mittere oporteat, neq; hoc omittendum, sed ab initio statim faciendum laudat etiam humorum præparationem ex hissopo origano spica nardi cum mulsâ decoctis, & post septimum coma absinthij danda est cum oxymelle, solutionem deinde cum his quæ mollior uentrem subducūt & c.

Paul. lib. 2. cap. 20. uomitus post cibum. ijs utilissimus est, quibus hæc febris in uetustatem incidit, similiter Auic. & Razes. 17. conti. Auic. 4. can. 2. tract. cap. 40. Et quum uideris uerinas eorum crassas tunc phlebotoma & post hæc adiuuantia ad digestionem sunt syr acetosus & c. quæcunq; a me dicta sunt de alijs intentionibus, ipse uberius pertractat. Nota tamen ex Halyabb. non concedi in principio huius morbi pharmacum electiuum, nisi materia turgeat. quanquam iuxta Manardum in epistola ad Charandinum uideatur legi cõtrarium, immo uix inuenies Gal. in omni febre absq; concoctio ne humorum pharmacum solutiuum exhibere, sed in alijs a febre morbis, paucos inuenies quos per pharmacum non expurget, & c.

Observationes de humorum concoctione.

Gal. 1. ad glauc. cap. 10. ab initio statim uitanda quæ nimis exiccant & calefaciunt & c.

Observationes circa pharmaca solutiua.

Auic. 4. can. & Arcul. raro & tarde solutiuum exhibendum est, alioqui si importuna fuerit euacuatio, tunc tenues tantum exoluentur & crasse partes remanebunt & c.

De pronosticis febris tertianæ nocte.

Auic. 4. can. cap. 35. Hæc quidem non pura quandoq; prolongatur tempore longo & circiter medietatem anni, et quandoq; perducit ad molliem & magnitudinem splenis Gale. 1. ad glauc. c. 8. uidi quandoq; quum in autumnno incepisset in uere desisse, tum quia æger medici præceptis non paruisset, tum quia lesus ex hyeme esset, lien intumuit, præcordia flatibus fuerat oppleta, & iam sub tumida quæda aderat in facie decoloratio, & præsertim circa crura adeo ut de adolescente dubitare nobis cõtigerit etc. B. Prorogationis februm causa Gal. teste. 2. pronost. com. 25. est triplex, prima fit propter ali



quam partē affectam curatu difficilē. 2. fit propter humores crassos crudos incoctosq; 3. propter aliquod circa egrū commissum, idcirco dicebat Auic. in morbo lōgo resupinetur eger & crura curuentur, & tangantur eius uiscera et uideatur si qua parte corpus tumuerit etc. Hip. aph. 4. apho. 29. Quibuscunq; in febris sexto die rigores sūt difficile iudicium sequitur. Et aph. 4. aph. 43. febres quæcunq; non intermittentes tertia die fortiores sūt magis periculosæ. quocunq; modo intermiserint periculū abesse significatur. Et aph. 4. aph. 44. quibus febres lōgæ his tubercula uel labores in articulis sūt. Et aph. 4. aph. 45. quibus tubercula uel in articulis labores ex longis febris fiunt, ij pluribus utuntur cibus. Et aphor. 46. eiusdem sirigor incidat febre non deficiente, ægro iam debili, lethale & c. lege Galen. commen.

Authores dissentientes circa febres tertianas.

- Adserere, tertianam febrem cognosci posse per accessionem tantum de tertio in tertium.
1. Adserere, solum humori putrido digestionem conuenire.
  2. Adserere, omnes fructus nocere febricitantibus cum Auic.
  4. Adserere, nullum in febris uinum esse concedendum.

Confutatio dissentientium circa febres tertianas.

Ad primū, rñd et Auic. 4. can. 2. t. c. 36. q. qui considerat tertianā per paroxysmū errat in ea, sed oportet, ut attendat ad significationes alias. Hac etiā de re à Gal. irridetur thessallus, qui diarritū in cognoscēdo tertianā expectabat, & hoc. 2. de cris. c. 3. Ad 2. dicit Gal. 1. de uic. in mor. ac ubi loquitur de pti- sana hordeacea, q. nullo modo humori putrido cōuenit digestio, quū nec ad benignitatē humor reduci possit, sed cōtinuo euaporans humidū, quoddā cineritū permaneat, nisi hoc forte acciderit in continuis febris, quia tunc humor putridus digeri debet, quū tota materia putrescere incipiat. Ad tertiiū

dicimus propositionem esse ueram, modo de his omnibus fructibus intelligatur, qui sua humiditate ad corruptionem sunt proni, sed quum multi sint qui sua humiditate corruptioni resistent, ut granata mala citria pruna & c. Idcirco in febribus conceduntur, quum magis per suam frigiditatem iuuent quam per humiditatem putrescibilem noceant. Ad quartum, Gal. 3. de uic. in mor. ac com. 8. uinū inquit aquosum maxime febrientibus est idoneum, & id est quod album est colore & substantia tenui nullam eorum quæ in ceteris uinis insunt, habens qualitatem, nec austeritatem nec adstringentiam nec dulcedinem, nec acrimoniam, nec odorem, & quod in Italia imbecillum est sabinum, quod febrientibus administrant, & quod reperiri potest tale uinum in Asia cilia phecicia Palestina scyro & creta, unde si multa reperiuntur in Italia Asia bethinia nil mirum, immo quod plus est miratur quum nihil tactum sit de hoc uino ab Hip. quum febrientibus plus quam cætera omnia sit iocundius & c.

#### De febre quotidiana simplici.

Quotidiana est febris intermittens a pituita extra uenas putrefacta procedens cuius est ægrum quotidie per sex horas cum falsa quiete dimittere, uocatur etiam alio nomine amphimerina.

#### Loci consentientes de febre quotidiana.

Gal. 2. de diff. feb. ca. 4. febris quotidiana exquisita est quæ ex pituita putredine ortum habet, per sentientes corporis partes a natura detrusa & c. lege etiam cap. 7. huius lib.

#### De causis febris quotidianæ simpl.

Causæ præcedentes sunt temperaturæ humidiore anni, tempora, quies, otium, repletio balnea statim a cibo. Causæ antecedentes & coniunctæ sunt ipsa pituita, quæ quum sit quadruplex acida, dulcis, salsa & uirea quæ est acide qualitatis

particeps ita quatuor species siue differentias febrü efficiet.

Loci contentientes de causis febris quotidianæ.

Gal. 1. ad glauc. cap. 7. sunt hæ febres et a tibus naturis an-  
ni; statibus & temperaturis humidioribus & c. uide latius  
textum. Item Auice. ibi. fit febris humidis quietis senibus in-  
fantibus nauseatiuam satietatem patientibus & balneatibus  
se super repletionem & c. Gal. 2. de diff. feb. ca. 1. sicut tertia-  
næ a flaua bile ita quotidianæ a pituita sunt. Et in lib. de ple-  
nit. tres species pituitæ enumerat, & 2. de diff. feb. cap. 64. ef-  
se dixit ut salsa acida dulcis uitrea quæ acide etiam qualita-  
tis particeps dicitur. unde Auic. 4. can. 2. tract. cap. 47. quatuor  
species enumerat ibi & phlegma pitridum, quandoque  
est uitreum quandoque acetosum quandoque dulce, quandoque sal-  
sum. B. nota tamen si quæ sint aliæ species pituitæ per has qua-  
tuor intelligi, nam cruidum & muciliginosum sub uitreo cõ-  
prehenditur, sicut insipidum & aquosum sub dulci & pon-  
ticum sub acetoso. gypseum uero febrem non accendit, lege  
de his fufius lib. 1. cap. de humoribus.

De signis febris quotidianæ simpl.

Febris quotidiana cognoscitur, quia in primis diebus nul-  
lum habet uigorem, sed potius in progressu temporis refrige-  
rationem quandam, ob humoris crassitiam. Pulsus fit inequa-  
lis submersus debilis rarus, in principijs uero particularibus  
fit frequens, sed non adeo uelox nec uehemens nec magnus  
ut in tertiana sed rarus. Urina alba tenuis deinde fit rubra,  
nulla adest sitis, ni a pituita salsa aut ualde putrida fiant, su-  
dor non apparet materia existente crassa. Os uentriculi et he-  
par male afficiuntur ob uim concoctoriam imbecilem. Præ-  
cordia ultra naturalem habitum intumescunt ob caloris im-  
becillitatem. Color etiam albus accidit hyberno tempore, &  
fit principium accessionis circa uesperam febris incipit fere

cum syncope & principium uniuersale durat. 18. diebus, & declinationem. 64. Calor huius febris in primo tactu est debilis uaporosus. sed dum mora fit in tangendo sentitur acris & mordax. si uero febris fiat a uitreo & acetoso phlegmate, multiplicatur ualde frigus & in uitreo rigor est uehementior. quæ uero sit a salsa pituita sequitur horror. & nõ fit uehemes frigus, quæ uero a dulci raro aduenit frigus uel rigor.

Loci consentientes de signis.

De his signis fusissime loquutus est Gal. 2. de cris. ca. 5. ibi febris quotidiana cognoscitur. quia non primo statim die cū rigore inuadit, sed processu temporis refrigerationes potius quam rigores ipsis adueniunt, neq; in pulsibus seruatur ordo uel æqualitas dum accessiones fiunt, & c. lege locum hunc fuis, & intelliges iam a me pridem dicta.

Lege etiam Paul. lib. 2. cap. 23. Item Razen. 10. alm. Item Auic. 4. can. cap. 48. Item Gale. 2. de diff. feb. cap. 10. Et primo ad glauc. cap. 7. Vniuscuiusq; humoris pituitosi signa etiam diffuse habes ex Auic. loc. cit. Vide etiam Aet. ser. 5. cap. 85.

De cura febris quotidiana.

Quibus intentionibus febrem pituitosam curabis. primo cum regimine sex rerum non naturalium. 2. cum humoris crassi in incisione. 3. euacuatione. 4. cum urine prouocatione. 5. cū symptomatum remotione & membrorum roboratione. Prima intentio perficitur cum attenuantibus cibus & incisijs ita ut in primis diebus tenuem exhibeamus uictum. sed in processu temporis crassiorem, et hoc in cura tentatiua. Sint itaq; cibi temperati ad aliqualem calorem uergentes ut panis coctus caro pulli borago foeniculus. Vinum interdum conceditur album & lymphatum in alijs rebus non naturalibus non uniformis regula dari potest. quum inter salsam & crudam pituitam inter dulcem & acidam magna quippe adsit diffe-

rentia. 2. Intentio fiet. si primum alium cum chysteri lenimus  
 deinde humorē crassum incidamus cum oxymelle simp. rho-  
 domelle, uel syr. de duabus rad. uel bisauthino cum aquis uel  
 decoctis. cap. uen. feniculi petrosellini apij. 3. intentio præpa-  
 rari poterit cum agarico troch. rheub. confectioe de thurbit  
 diaphnicone el. indo & c. 4. intentio est que urinæ prorita-  
 tio multifariam fieri poterit tum cum puluere ex semine ur-  
 tice cuscute, tum cum decocto apij feniculi, tum cum topicis  
 que adhiberi possunt. 5. intentio duo mala symptomata que  
 huic febrī coniungi solent, remouet, sicut est somnolētia que  
 dam profunda in principio paroxyismi, et rigor ualde inten-  
 sus. Somnus remouetur cum aceto manibus admoto uel in an-  
 gulis oculorum posito. Rigor tollitur cum oleo rute, in quo  
 tandiu uinum creticum bullierit, donec consumptum uinum  
 amoueatur, facta in unctioe ante rigoris aduentum circa to-  
 tam dorsi spinam. Roboratur etiam stomachus cum oleo ma-  
 stichino de spica de absinthio, aut intrinsecus cum aromatico  
 ros. diarbodone abb. & c.

Loci consentientes de cura febris quotidianæ.

De prima intentione loquitur Gal. 1. ad glauc. c. 12. ibi &  
 in uersum totius uicūs caput sit ad incidendum efficacius.  
 Auic. 4. can. c. 58. & fortasse contentus erit aqua hordei in  
 primis diebus dum speratur status propinquior, & nota q̄  
 instituitur uicūs tenuis, dum in cognitionē febris peruenire  
 uolumus, uel tenuis ratione quartane, uel quia processu tem-  
 poris pituita coquitur, & sanguis efficitur, modo a natura  
 uincatur, ut refert Gal. 2. de uic. in morb. ac. De alijs intētioni-  
 bus loquitur Gal. 1. ad glauc. c. 12. ibi curamus quotidianāscū oxy-  
 mellite in primis diebus, et his que ualde urinā ciūt, circa sta-  
 tum habenda est uētriculo sollicitudo & c. Vide illum fusius.  
 Vide etiā Razē. 10. alm. cap. de cura febris phlegmatica & c.

## De pronosticis febris quotidianæ.

Hip. aph 4 aph. 67. Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres solvantur. Raze. 10. alm. ca. de quot. in = terpol. Hec febris multis moratur mensibus & mortis suspi = tionem habet. Et 18. com. quotidiana est periculosa. Et Auer. 4. collig. Deterior omnibus est que ex phlegmate vitreo & saluor omnium que est mundorum temporum, & que est multi sudoris nam humoris sig. tenuitatem & corporis rarã = texturam, & raro inquit Auic. euacuantur febrientes a lesio = ne stomachi. B. quia quum locus pituitæ sit stomachus fieri nõ = potest ut si sit febris pituitosa q. non noceat stomacho, sicut tertiana felli & hepatis & quartana spleni & c.

## De febre quartana.

Febris quartana ut plurimum periodica, est febris a me = lancholia non naturali putrefacta per adustionem bilis ge = nita plerumq; eueniens, cuius est ægrum de quarto in quartum = diem affigere, & hæc duplex exquisita & spuria, exquisita = fit a naturali melancholia, spuria uero a nõ naturali, & hæc = cap. de hum.

## Loci consentientes de febre quartana.

Cause quartanæ sunt quæcunq; atram bilem generant, nõ = ex solo humore atrabiliari putrefacto oritur, putrescit uero = atrabilis ob sui crassitiam, multitudinem, aut ob aliquã me = tuum obstructionem aut ob facultatis expulsiuæ impoten = tiam, que in corpore corrupta expellere nequit unde sequi = tur putrefactio. Fiunt etiam quartanæ ex aliquo hepatis uel = splenis affectu uel successione aliarum ægritudinum & c.

## Loci consentientes de causis quartanæ.

Gal. 2. de diff. feb. cap. 5. generatur quartana ex solo humo = re atræ bilis putrefacto putrescit interdum ob crassitiam aut = multitudinem, aut tenacitatem materie inutilis aut aliquam

meatum obstructionem &c. Auic. 4. can. cap. 64. eius cause sunt que generant melancholiam postea putrefaciunt ea etc. euenit autē ut plurimum ex successione ægritudinum febriliū diuersarum, ex quorum putrefactione quum adduntur & nō euacuantur multiplicatur melancholia. B. raro quartana continua accidit, ex eo q̄ quum in uenis atrabilis ad putrefactionem, mouetur tanquam uirtuti dissimilis extramittitur, que putrescens intermittentem efficit. Notat Arculus ex hoc Auicennæ loco quod id uerum non sit, quod putridum a putrido fiat, nam atrabilis ex putredine humorum generatur, que non est putrida, quod etiam confirmatur a Galen. 3. de pronost. comm. 29.

#### De signis febris quartanæ.

Signa quartanæ uniuersalia sunt, quia ipsa incipit cum paulo frigore, quod augetur & minuitur in eodem paroxysmo, adueniente statu caliditas non est uehemens, ut in tertiana, sed maior quam in pituitosa, præterea quartana paulatim ac insensibiliter a frigore ad calorem se confert, fit etiam pleurung; in autumno. Cognoscitur ex uisitu præcedente, & si homo lienosus sit, si populariter fiant quartanæ, si urinae teumes albæ & aquosæ fuerint signa particularia sunt ut si fiat a sanguine adusto, aderit rubedo urinae signa sanguinis præcesserunt formæ ætas tempus, & fit post febres sanguineas. Signa bilis adustæ sunt pulsus uelox frequēs incipit cum horrore frigore siccitate sudore. inflammatione tēpore ætate & febrim cholericarum successione. De signis pituitæ adustæ aliquid in presentia non afferam quum anceps sim, an pituita ita aduri possit, ut in melancholiam conuerti possit &c.

#### Loci consentientes de signis quartanæ.

De omnibus signis tam uniuersalibus quam particularibus loquitur Auic. 4. can. cap. 65. ibi signa quartanæ sunt quod

incipit cum paruo frigore & c. lege eum fufus. Gal. 2. de cris. cap. 4. omnia hæc etiam habet. ibi. quartana febris cognoscitur si autumnus frigidam & siccam & inaequalem temperaturam habuerit. quia tunc quartanarij circuitus frequentiores fiunt & c. lege locum ultra. de pituita utrum aduri possit ut atrabilis euadat lege manardum.

De cura febris quartanæ.

Quinque in cura intentiones conueniunt. quarum prima expostulat uictum optimum. non stiatosum. sed uentrem emollientem. Cauenda est suilla caro & tenacia edulia. et que cumq; refrigerant ac exiccant. uinum concedatur albū tenue. Concedantur inter uolatilia quæ optimi succi sunt. in statu morbi uictus tenuis adhibeatur magis quā ante & post. sitq; calidus & humidus. 2. intentio est uentris lenitio ac humoris aliqua preparatio. lenimus cum clysteribus uel alijs lenientibus. at preparamus primū cum acetos. simp. rhodomelle sy. de epithimo de fumo terre de suc. borag. bisanthino cū aquis uel decoctis conuenientibus ut fumo terre lupulorum borag. epithimi senæ polypodij. 3. intentio est euacuatio quæ parari potest cum sectione uenæ interioris. modo sanguis admiscetur. uel abundare uideatur. aut fiet per pharmacum solutiuum qualis est infusio senæ in sero caprino aut decoctum myrobalarum cheb. & ind. aut confectio hamec. pillule de fumo terre indæ de lapide laxuli & hoc quum decocta ac preparata fuerit materia. interdum etiā euacuatio fiet per uomitum per urinas & sudorem & c. 4. intentio roborat membra sicuti cor cum ung. de nenuph citrino hepar cum rebus hepaticis similiter lien & stomachus. prout suis locis dictum est. 5. intentio symptomata tollit. perficitq; primo remouendo rigorem ualidum & frigus in ungedo spinā dorsi cum oleo ruaceo cosino cum mitridato etiā theriaca & c. Et hæc de se



bre quartana exquisita. At spuria his demet intentionibus curabitur. præter q. dicta magis ad humiditatem & frigiditatem uergeri debet. præsertim si a sanguine adusto uel a bile adusta prouenerit. Digestio etiam aliter ac dixi fiet. sed cum oxyfachara sy. uiol. acetos. simp. Variabit etiã euacuatio quæ fieri debet cum Myrobalanis citrinis & indis & c. cetera erunt prout dictum est. Cura quartana continue erit eadem ac dictum de interpollata. nisi quod infrigidationem requirit maiorem ob assiduum calorem. item audacius uena seccatur. & tenuius cibandum quum breuioris sit status.

#### Loci consentientes de cura febris quartanæ.

De prima intentione loquitur Galen. 1. ad glauc. cap. 2. ibi uictus instituentus est optimus siue statibus ac uentrè emolliens. arcendi sunt a carnibus porcorum, & ab omnibus edulij tenacibus & tarde exeuntibus quæ corpus refrigerant et exiccant. Vide etiam Auic. 4. can. cap. 68. nam ibi fusius de uictu pertractat. De alijs intentionibus loquitur ad unguè Gale. loc. cit. ibi quartana mediocriter ac leniter ab initio tractanda est. nullum forte medicamen aut euacuationem exhibetes nisi sanguis uehementer abundare uideatur. nam tunc uena seccetur interior uel media quæ est in sinistro cubito q. si niger ac crassus sanguis uideatur. audacius mittatur. si flauus & tenuis statim supprimatur. quum morbus in suo uigore fuerit prouidendum est uisceribus cum his quæ emolliunt & laxat. deinde medicamentis utendum quæ urinam cient. et si coctionis indicia apparuerint cum his purgandum quæ humores atros exoluunt. non semel tantum sed sæpius si fuerit necessarium. utendum & a cibo uomitibus. & qui nequeunt uome re per inferiora purgentur. Auic. de his fusius pertractat. 4. can. cap. 66. & Razes. 10. alm. ca. proprio.

#### Observationes circa euacuationem.

Aui. 4. can. ca. 66. quando quartana est a melancholia sanguinea, tunc extrahatur sanguis secundum quantitatem necessitatis, & quando non est necessaria, tunc phlebotomia est non citra quatenus debilitat & ducit contrarium melancholiae et quatenus mouet humores ad exteriora & c. Gal. 1. ad glauc. cap. xi. Quicumq; aliquid ex fortibus medicamentis ab initio exhibuerunt, omnino ante statum quartanam quae erat simplex sepius duplicem fecerunt & c.

Observatione circa uictus rationem.

Aui. cap. cit. prohibeatur in die paroxysmi a comestione nam rectius est ut eueniat febris uentre uacuo & non occupetur natura, sed praecipitur ieiunium & interdicitur aqua frigida illa die.

De pronosticis quartanae.

Hip. aph. 2 aph. 25. Aestiuæ quartanae magna ex parte breues, autumnales longe & maxime quæ ad hyemem attingunt.

Et aph. 5 aph. 70. a quartana capti non admodum conuulsionibus capiuntur, si uero prius capiantur & quartana superuenerit liberantur. B. quia quum duplex sit horum sanatio excretio. s. & coctio hæc duo quartana, excretionem. s. a rigore & coctionem a calore febrili efficit. Aui. 4. can. cap. 64. saluior quartana est illa quæ non accidit ab apostemate splenis, quæ uenit ab apostemate splenis perducit ad hydropem & perniciem, quartana quæ salua est liberat ab ægri tudinibus melancholicis, ut ab epilepsia melancholia, & in ea est securitas a spasmo & non durat nisi per annum modo error non accidat, sunt & quartanae quæ per. 12. annos perdurant quibus omnibus inimicus est autumnus & c.

De febribus sanguineis.

Quum duplex sit genus febrium sanguinis, alterum a putrefacto sanguine, alterum a non putrefacto, ambo sub uno

tantum nomine synochi continentur, unde dicimus synochū esse febrem acutam continuam ex sanguine in uenis putrefacto ortam, altera uero synochus. i. continens est febris acuta ex sanguine in uenis non putrefacto in multa copia peccante i. succis æqualiter adactis. harum febrium tres sunt species ac mastica, epacmastica & paracmastica. i. in uigore perseverantes crescentes & decrecentes.

Synochus  
febris.

#### Loci consentientes de febribus sanguineis.

Gal. 9. meth. ca. 3. duplex est genus synochi, unum quod ex natura eadem cum diarijs constat, alterum est ubi in omnibus uasis ac potissimum maximis æqualiter succi putrescunt. Auic. 4. can. cap. 44. inquit medium utriusq. s. ephemera & putridæ synochum sapere, nam differt ab ephemera quia humor est qui calefactus est, differt a putridis, quia nulla adest putredo &c. Lege de his Gale. 9. meth. cap. 2. ibi. quedam enim febrium manifestam habet putredinis notam, quedam non habent. Lege etiam. 2. de cris. cap. 6. Et Paul. lib. 2. cap. 26. & habebis utranque synochi descriptionem.

Gal. 2. de diff. feb. cap. 2. & 9. meth. cap. 3. Et. 2. de cris. ca. 6. tres species synochi demonstrat, quas Aet. ser. 5. ca. 70. inquit solum competere febribus a sanguine non putrido factis etc.

#### De causis febrium sanguinearum.

Sex sunt sanguinearum febrium cause, prima est obstructio. 2. est repletio. 3. multitudo exercitij non consueti laborio. 4. consuetæ euacuationis retentio. 5. aquositas ipsius sanguinis ex comestis fructibus elaborata. 6. Humoris crassi & crudi copia sanguine admixta &c.

#### Loci consentientes de causis febrium sangu.

Paul. lib. 2. cap. 27. continentium febrium origo ex sanguine est, qui nunc efferuescens, nunc putrefactus obstruitur &c. Gal. 9. meth. cap. 3. inquit harum febrium in gracili et frigido

corpore neutrum consistere, sed tantum in corpulentis quæ sanguine abundant, & ca 4. loquens de iuvene palestræ perito, inquit quod susbitio erat hanc esse synochon quæ ex sanguinis abundantia & obstructione, præ carnis copia stipatione peruenit & c. Lege de his fusus Auic. 4. can. cap. 44. Et Aet. ser. 5. c. 7. ibi, conflatur hæc ob calidi sanguinis copiâ etc.

#### De signis febrium sanguinis.

Duodecim signis synochum cognosces. Primo febris asidua est. 2. rubedo faciei & oculorum. 3. inflatio uenarum temporum, & eorum repletio. 4. nullus adest rigor uel sudor. 5. interdum adest nasi pruritus & circa locum cui cucurbitula applicantur. 6. somnus profundus. 7. loquendi difficultas cum faucium inflammatione. 8. effusio lachrymarum. 9. pulsus maximi uehementes citati crebri non mordaces. 10. urina neque consentientia & colore a naturali habitu aliena. 11. astus intolerabilis. 12. graues uigiliæ & c.

#### Loci consentientes de signis febrium sang.

De his signis facit mentionem Auic. 4. can. cap. 45. ibi signa febris sanguineæ sunt adherentia febris rubedo faciei et oculorum & c. Gale. 9. meth. cap. 4. ubi se inuenisse febrè admodum calidam dicit. pulsus æquales maximos celeres et frequentes & uehementes calorisq; qualitatem quæ tactum minime morderet, & urinas ~~o~~ ~~r~~ ~~a~~ ~~c~~ ~~e~~ ~~s~~ ~~i~~ ~~.~~ consentientia ac calore non multum a naturali habitu alienas & c. lege Paul. li. 2. cap. 27. ibi, indicia & c.

#### De cura febris sanguineæ.

Cura febris a non putrefacto sanguine, duas tantum intentiones requirit, quarum prima est euacuatio sanguinis per sectionem uenæ usq; ad animi deffectum. 2. est febrilis caloris alteratio, quæ fit interdum cum aquæ frigide potu.

Cura uero febris a putrefacto sanguine quattuor exposcit intentiones

intentiones quarum prima est circa regimen quod ad frigidum & siccum ordinari debet, unde in cibando primū morbum & uirtutem metire, nam si ultra septimum diem non se morbus extendere uideatur, parum cibabis exhibendo ptisa nam hordeaceam panem contritum, cum seminum melonis expresse, similiter ualent lactuca acetosa endiuiā malagranata & c. 2. erit euacuatio quæ fiet per sectionem uenæ uel per cucurbitulas uel per pharmaca solutiua, quæ uaria esse debēt, put humorū mixtio cum sanguine diuersa fuerit, unde bilis per cholagoga sicuti cum myrobalanis citrinis educetur, uel cum rheub casta & c. Pituita cum phlegmagogis ut pluries dictum est. 3. intentio est causarum putredinis amotio, quæ adimi solent per sui contraria, nam si à frigida causa densum spiritum uel corpus reddatur, tunc per relaxantia & rarefacientia curabimus. Si ex obstructione per aperientia, si ex abundantia humorū per euacuantia, si ex crassitie per attenuantia, si extenuitate per incrassantia & c. 4. intentio est caloris febrilis alteratio quæ fieri potest cum rebus in frigidantibus & attenuantibus præsertim si sanguis crassus existat ut cum oxyfachara acetos. simp. sy. de endiuiā, uel existente tenui cum sy. de iuiubis cum aquis & decoctis acetosæ portulacæ & c. uel aliquo cum eclegmate sicuti cum zucharo ros. triasand. diarrhodone & c. Correctio accidentiū sicut dolor capitis sitis somni profunditas fiet ut pluries dictum est suis in locis.

Loci consentientes de cura febris sangu.

Gal. 2. meth. ca. ult. loquens de uictu, si continens inquit ultra septimum progressum non uidebitur prorsus a cibo continendus est ager in uirtutem defecuram conijcias etc. Auic. 4. can. cap. 46. cibi sint ex iuiubis ex lentibus cum aceto granatis & sumach. B. intellige sanguine existente tenui. Aet. ser. 5. e. 7. curandi scopus est copiam euacuare, & calorem præter

℞

naturalem extinguere, & si qua adest crassities seccare, & debilitatis partibus antiquam temperiem bonam restituere.

De sectione uenæ lege Gale. historiã de libero et seruo. 9. meth. cap. 4. Auic. 4. can. cap. 49. intentio in hac febre est eua-  
cuatio plurimi sanguinis usq; ad synopim, & si sanguis fuerit subtilis incrassandus, si cholericus in frigidã dus, si cras-  
sus attenuandus. B. Conueniunt Paul. Aet. Gale. & Auic. in ex-  
trahendo sanguinem usq; ad animi deliquium, sed Auerrois qui alias stimulus medicorum dictus est. 3. sui collig. reprobat  
euidenti ratione Gal. & aliorum in hac sectione uenæ opinio-  
nem. quæ rationes non parui apud me momenti sunt uide tu-  
eas si lubeat. Gale. loc. cit. synochi cum putredine curam reci-  
tat. ibi si putredo æqualiter in omnibus uasis subsistat, aut in  
maximis, &c.

#### Observationes in cura.

Gal. 9. meth. cap. 4. in sectione serua uires, item si ciborũ  
cruditas ad fuerit, uel secessus superfuitatum in intestinis, uel  
alius sanguinis fluxus, uel puerilis uel senilis ætas, uel frigi-  
dum uel gracile corpus uenam non secabis usq; ad synopim,  
imo nature relinques, itidem ait Auic. & Aet.

#### De pronosticis febrium sanguinis.

Gale. 3. de cris. cap. 4. synochi raro eueniunt & ubi nullus  
sit error in quarto finiuntur, natura proprijs circuitibus per-  
ueniente &c. Auic. 4. can. cap. 44. ex tribus spetiebus saluior  
est epacmastica deinde omotena, nequior uero acmastica. B.  
Nota quod acmastica & omotena idẽ significant iuxta Gal.  
placitum, quare in nominum significato ipse deceptus est, ita  
ut intelligere uellet quod decrescens est salubrior, sed ac ma-  
stica uel omotena seruans. s. eundem tenorem est minus ma-  
la & apacmastica quæ augendo se semper procedit cæteris  
est nequior, quanquam ego crediderim cæteris deteriore quæ

augendo se semper procedit ceteris est nequior quanquam ego crediderim ceteris deteriozem quæ acmaſtica nominatur ſicuti & teſtari uidetur & ipſe Galen.

## De cauſo febre.

Cauſon ſiue ardens eſt febris continua ardentiffima ex flaua bile putrefacta accenſa, putrefacta inquam ne crederet quiſpiam ſicuti Auerrois. 7. collig. quod ex bile non putrida ebulliente fieri poſſet, ex eo forte Gal com. deceptus qui eſt. 59. quarti apho. ubi inquit tertiana febris ab ea quæ ardens nominatur humore ſaciente non differt, utraq; enim a flaua bile fit, Diſſerunt autem quoniam febris ardens habet in uenis una cum ſanguine bilem plurimam ebullientem, Tertia= na uero eandem bilem habet in toto corpore delatã et motã.

## Loci conſentientes de cauſo.

Aet. ſer. 5. cap. 78. cauſon ſiue ardens eſt febris cõtinua etc. Gale. 4. de uic. in morb. ac. tex. 13. cauſus eſt febris in qua urẽs caliditas ſitisq; incompeſcibilis hominem torquet & c.

## De cauſis febris cauſi.

Cauſe primitiue cauſi ſunt quæcunq; calida & ſicca ſunt ut uini potus, ſalſorum eius uigilie, motus laborioſi ira etc. Cauſe coniunctæ & antecedentes ſunt flaua bilis putreſcens uel pituita ſalfa, unde proprium & legitimum cauſum nominant qui a bile, improprium & ſpurium qui a pituita ſalfa puenit. Interdũ cauſa ipſius cauſi eſt cerebri inſlãmatio, & c.

## Loci conſentientes de cauſis febris cauſi.

Hipp. 4. de uic. in mor. ac. text. 1. cauſis. i. febris ardens fit quum uenule tempore æſtuo exiccate, acres ac bilioſas, quæ tenues ſunt, trahunt ad ſe humiditates quas iſx opãs uocant.

Et text. 3. fit cauſus ob longum iter, longamq; ſitim & c. ex quibus intelligere potes a cauſis calidis & ſiccis oriri cauſum, ſi uis deinde ſcire quomodo uenule illæ ad ſe trahũt hu=

QQ 2

mitates lege Gal. com. 58. in. 4. aph. ibi a febre ardente habito & c. Aet. ser. 5. cap. 77. ex flaua bile putrescente incenditur & alternis diebus exacerbatur, & quandam habet febris imminutionem siue remissionem. B. Nota quomodo causus differat a synocho, nã causus a flaua bile, synochus a sanguine, causus habet aliquam imminutionem siue remissionem, sed synochus a primordio usq; ad finem unam tantum habet exacerbationem, ne forte sicuti & ipse Arcul. ambas febres in unum confundas. Vult enim de mente Gal. causon in epacasticam omotenam & paracasticam diuidi, sicuti synochon, quod nullibi Gal. (quod sciam) somniauit ne dicam scripserit. Auic. 4. can. cap. 4. 1. causon fit secundum duos modos aut est a cholera aut a phlegmate salso putrefacto. Hoc idem etiam adserit Galen. 4. de uic. in mor. ac com. 13. Gal. 1. prorrheth. tex. 18. febris ardens tum ob alias causas tum propter cerebri inflammationem eque fit & c.

#### De signis causi febris.

Signa sunt arida lingua nigra, appetitus defectio, uomitus biliosus, uigilia interdũ deliria, fluxus sanguinis narium, dolor capitis, oculi concaui uentris solutio inquietudo, sitis uehemens, nisi tussis sicca leuiter irritans adserit & c.

#### Loci consentientes de signis febris causi.

Auic. 4. can. ca. 42 signa cholericæ causonis sunt accidentia mala ex uigilijs inquietudine adustione permixtione mentis & c. Paul. lib. 2. cap. 28. ardentibus hæc superueniunt arida lingua crassa & nigra, uentriculi rosio defectiones pallide sitis uehemens uigiliae, & nonnunquam delirium & c. B. hæc omnia eueniunt ex motu bilis, sed efficacius reddit rationes Gale. de his. 4. de uic. in mor. ac com. 40.

Hip. aph. 4. aph. 54. Quibus plurimum siccae tusses leuiter irritantes in febris ardentibus fiunt non multum siti in se



stantur &c. Vide etiam de his signis Hipp. 4. de uic. in mor.  
ac. text. 4. &c.

### De cura caufi febris.

Curatur hæc febris quadriariam primo uictus ratione  
quæ humidis et frigidis constet. 2. euacuatione quæ per sectio-  
nem uenæ & alui eiectionem fieri potest. 3. cum extinctione  
caloris febrilis. 4. cum accidentium correctione, quæ omnia  
sient prout dictum est in cura tertianæ interpollatæ &c.

### Loci consentientes de cura caufi.

Paul lib. 2. cap. 29. Dupliciter solui debet morbus aut ex-  
cernendo humores biliosos aut eos extinguendo, excernun-  
tur per sudores uomitiones & inum uentrum, extinguuntur  
aquæ frigide potu &c. Auic. 4. can. cap. 43. caufus curatur  
cura tertianæ puræ & si indiget euacuatione, festina, nā eua-  
cuatio melior est quàm in tertiana, sed complementum sit a-  
pud digestionem, & non phlebotometur nisi in urina adsit  
turbiditas & rubedo &c.

### De pronosticis caufi febris.

Hip. aph. 4. aph. 58. A febre ardente habito rigore superue-  
niente solutio. B. rigor incitatur a bili per sensilia mēbra ue-  
loci motu delata, unde Aluus soluitur sudores et uomitus ex-  
citantur & bilis expurgatur. Hip. aph. 4. aph. 48. in febribus  
non intermittibus si partes exteriores frigide interiores  
uruntur & sitim habeat, lethale est. B. intelligitur hoc de cau-  
so, nam Gal. 1. prorrh. text. 7 quando caufus interna quidem  
uret, externa uero nec mediocriter calefacit, lethalis est. Hip.  
aph. 4. aph. 43. Febres quæcumq; non intermittentes tertia die  
fortiores fiunt, magis periculose quocunq; autē modo inter-  
miserint periculum abesse significatur. Et aph. 4. aphor. 49.  
In febre non intermittente, si labrum, uel oculus uel nasus,  
uel supercilium peruertatur uel non uideat, uel non audiat,

iam debuli existēte corpore, quicquid horum euenerit, mors proxima est. Et aph. 4. aph. 50. Vbi in febre non intermitte te, difficultas spirandi & delirium acciderit lethale. Et aph. 6. aph. 26. Quibus in febribus ardentibus tremores fiunt, de liriō soluiuntur. Auic. 4. can. cap. 41. Raro febris ardens senibus accidit, & si accidat eis pereunt, quoniam non fit in eis nisi a causa ualde forti. B. similis sententia habetur ex Galen. aph. 1. com. 14. ibi, senibus non acuta febres accidunt, & si quando rarenter talis accidat febris, qualis iuuenibus omnino hæc ad egrotantis interitum terminatur, quoniam indicium est immensam quandam esse causæ febrem facientis magnitudinem & c. Hip. 4. de uic. in mor. ac tex. 10. Si enaribus fluxerit sanguis, soluitur agritudo, atq; si sudores superuenerint iudicatorij legiptimi cum urinis albis crassisq; & leuibus subsidentijs & c.

## De febre hepiala.

Hepiala est febris pituitosa intermittens a pituita uitrea in locis a corde remotis putrefacta, quæ ex sua propria natura eodem tempore frigus & calorem inducit, dicta est a leni afflictione sicuti  $\pi\tau\alpha\lambda\omicron\varsigma$  sonat.

## Locī consentientes de febre hepiala.

Gal. 2. de diff. feb. cap. 6. quandoquis febricitat simul & riget atq; eodem tempore in toto corpore utrunq; affectū sentit ea febris est quæ proprie hepiala uocatur. B. similis sententia est in lib. de inæquali intemperie, cap. 8. Idem etiam adserit Halz abb. 6. suæ theoricæ cap. 6. Et Raze 16. continentis, cap. 3. Serapio. 6. sui breuiarij. Hæc febris non est continua sed interpollata durans tribus uel quattuor periodis. B. Nota quod Serap. & Auic. in hac febre plurimum a Gale. discrepant, siquidem hepialam prolipiria sumunt, nam quotiens frigus in interioribus & calor in exterioribus sentitur hepialam esse

dicūt. Gal. uero quotiens uterq; affectus una sentitur, sed ideo errant quia nomina simul confundunt. Vnde Aet. ser. s. c. 87. febris hepiala a leni afflictione uocata est quum simul febricitant & rigent, & utrunq; percipiunt eodem tempore in omni corporis parte. Paul. lib. 2. ἡπιάλος ἢ ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς ἄλως ἢ παρὰ τὸ ἡπίως ἀλεαίνεν ὁ περὶ ἐστὶ θερμαίνεται. i. hepiala dicitur per translationē a sale, uel ab hepios quod est molliter, & aleanen quod est calefacere eo quod uehementer non urat, sed molliter ac blande calefacit & c.

## De causis hepialæ febris.

Causa est pituita uitrea partim cruda partim putrefacta interdum cum amara bile coniuncta atq; per sensibilia membra delata ac mota & c.

## Loci consentientes de causis hepialæ.

Gale. 2. de diff. feb. cap. 6. a pituita tantum uitrea partim putrefacta partim cruda remanente, unde fit ex putrefacta calor febrilis & ex cruda frigus pari ratione gignitur. Aui. 4. can. cap. 51. causa est phlegma uitreū in profundo corporis contentum, quod locum in frigidat in quo collocatur, cui si accidat putredo uapor eleuatur, & partes exteriores petēs calefacit. Galen. de inæquali intemperie cap. 8. si pituitosus succus qui est frigidus, & quem uitreum praxagoras appellat, & amara bilis que calida est simul abundant, ac per sensilia membra moueantur, nil miri est utrunq; a cubante pari modo sentiri. Lege Paul. lib. 2. cap. 25. Et Aet. ser. s. cap. 87.

## De signis hepialæ febris.

Signa sunt q; una sentitur frigus & calor urina alba tenuis cruda, pulsus rarus tardus, habita, s. aliarum febrium ratione in quibus frequentior esse solet, seruat interdum accessionem tertianam & quartanam ob sui crassitiem & paucitatem, nam humana natura humorem hunc uitreum abun-

dare non sinit. Spatium eius paroxyfmi est a quattuor horis usq; ad 24. horas, interdum pauca existente materia citius absimitur.

Loci consentientes de signis hepialæ.

De his signis lege Auic. 4. can. c. 52. ibi signa eius sunt que predicta sunt & urina est frigida cruda & c.

De cura febris hepialæ.

Eadem cura est ac in quotidiana dictum est, uerum calidioribus magisq; incidentibus præsidij indiget & c.

Loci consentientes de cura hepialæ.

Paul. lib. 2. cap. 25. Hec febris ex pituita nascens quum ex quotidianarum genere existat curationi illarum subijcitur, à quotidiana tamen differt, quia tanto calidioribus magisq; incidentibus indiget quanto frigidior pituita existit.

Observatio in cura.

Auic. 4. can. cap. 60. Caue ne calidioribus in principio medicamentis utaris, sed incipe cum sy. acetoso mellino deinde ad sy. compositos, demum ad semina aperitiua & ad infusionem aloes & troc. de rosis, sed os stomachi præcipue inter alia confortetur & c.

De pronosticis febris hepialæ.

Serapio 6. breuia. Hec febris non multum permanet & fortasse durat p. 20. dies aut ultra parum, aut minuitur parum quia ob humoris paucitatem longo tempore durare non potest etc.

De febre lipyria.

Lipyria febris est ea, in qua exteriora & superficies refrigeratur, & profundum uritur & excretiones detinentur, aspera sitientibus lingua est, pulsus paruus & obscurus ob calorem intro se receptum.

Loci consentientes de lipyria febre.

Gal. de inæquali intemperie cap. 8. lipyria est quum intus

in ipsis uisceribus calorem sentimus, & in extremis partibus uniuersis frigus. Itidem ait Auic. & omnes practicantes.

De causis febris lipyriæ.

Causa quæ exteriora frigeant, & interiora urantur est calor ad interiora reuocatus, uel spiritus quum ad interiora se conferunt exteriora relinquentes, uel ideo frigescent exteriora quia in externis partibus pituita uirga continetur, aut quia uapor a putrido humore eleuatus, dum a calore seperatur multoties corpus in frigidat & c.

Loci consentientes de causis febris lipyriæ.

De his causis lege Auic. 4. can. cap. 53. ibi quia uirtus effunditur ad locum in quo est læsio idcirco exteriora a calore relinquentur & c. Lege etiam Gale. aphor. 4. com. 48. ibi, quia fortis inflammatio in profundiori parte corporis uel erysipelas euenit, unde totus ex toto corpore sanguis ad patientem locum trahitur, ut fit in principijs accessionum & c.

De indiciis febris lipyriæ.

Indicia & eius cura manifesta sunt, quia curatur ut cætera phlegmatica, & cognoscitur ex descriptione data, & c.

Loci de pronosticis lipyriæ.

Hip aphor. 4. aphor. 48. In febribus non intermittentibus si partes exteriores frigide interiora uruntur, & sitim habeat lethale. Gale. 2. pronosticorum com. 4. Si caput manus ac pedes frigidi sunt, uenter costisq; calentibus malum est et c. quæ possent etiam de lipyria intelligi.

Authores dissentientes circa febrem lipyriam.

1. Adserere, lipyriam non esse febrem eo quod calor extraneus non diffundatur per totum corpus.
2. Adserere, lipyriam esse posse febrem interpollatam.

Confutatio dissentientium circa febrem lipyriam.

Ad primum, respondet Auic. 4. cap. 53. Et si calor nō diffundatur per totum corpus hoc non prohibere quin sit febris dummodo calor extraneus aptus natus sit per totum corpus diffundi, sicuti non repugnat hominem esse risibilem, & si non rideat.

Ad secundum, Galen. 4 aphor. com. 48. Respondet dicens nunquid huiuscemodi casus possit fieri in febre intermittente, ego neq; uidi inquit neq; animo capio uidentur, siquidem solis accidere febribus quæ causones ab incendio nominantur perniciosas, uel si aliter libeat appellare *κακοήθες τὰ τοιαῦτα* uelut lipyris & c.

#### De febre pestilenti.

Febris pestilens est calor extraneus ac contagiosus, qui ex putrida ebullitione uniuscunq; humoris circa cor accensit, ut plurimum contingit, Cōtagiosus inquam quoniam ab uno homine in alium facile progreditur, ex ebullitione cuiuscunq; humoris, quem indifferenter ab uniuscuiusq; humoris putrefactione fieri possit. Aer enim corruptus ac putridus cito ad cor nostrum aduolat, & quodcunq; inuenit humorum lethali ueneno inficit, & c.

#### Loci consentientes de febre pestilenti.

Quod febris pestilens sit calor extraneus iam adeo notū est ut probatione non indigeat, Quod uero sit contagiosus probatur ex Auicenna. 2. 1. cap. 8. dicente, quod ex agritudinibus aliæ sunt quæ de uno ad alium transeunt, ut lepra scabies uariola febris pestilentialis apostemata putrida & c. Isidorus. 4. ethimolog. cap. 6. ex hoc contagium dicitur quod cum unum apprehendit celeriter ad plures transmigrat. Gale. 1. de diff. feb. cap. 4. calidiores inquit ambientis aeris status per inspirationes quidem cor calefaciunt, sed præsertim ar-

terias ut quæ ipsius substantiæ aeris aliquid attrahant; ex quibus omnibus simul cor affici est necessarium & c. Auic. de cura feb. pest. dixit. si autem materia fuerit sanguinea fiat phlebotomia. si fuerint humores alij euacuentur & c. et. ex quibus uerbis plane intelligitur, quod aliqua febris pestilens sit sanguinea uel biliosa & c.

De causis febris pestiferæ.

Principalis causa istius febris pestiferæ est aeris corruptio, ex cuius inspiratione potissimum cor afficitur. Corruptionis autem aeris principium est, interdum cadauerum corpora non sepulcorum aut lacuum & paludum euaporatio fetida, interdum aeris immensa caliditas, uictus ratio praua, humores ad putrescendum parati, in fluxus cœlestis in corpora iam disposita, ut sunt plethorica et uiribus destituta agēs, sed aer, qui ex habitu naturali ad immodicam caliditatem et humiditatem conuersus est, hoc potissimum efficit. Temporibus uero quibus febres præsertim fiunt pestilentes, sunt æstas atque autumnus initium, tum quia istis temporibus corpora sunt multis de causis ad putredinem declinã, tum quia eorum caliditas & humiditas quæ causa est putredinis tunc magis uiget, licet etiam in uere ob humorum colliuationem & pororum apertionem fieri posset.

Loci consentientes de causis febris pestilentis.

Auic. l. 4. tra. 4. cap. 1. Et quoniam fit aer secundum hunc modum uenit ad cor, quare corrumpit complexionem spiritus qui est in ipso, & putrefit quod circumdat ipsum de humiditate, & accidit caliditas egressa à natura, & spargitur in corpore tunc per causam suam erit febris pestilens & c. Gal. l. de diff. feb. cap. 4. Fit etiam aliquando ob eos qui sunt in corpore humores ad putrescendum paratos qui breuem aliquam occasionem ad febris originem ab aere ambiente

acceperit animal putredinis autem principium uel cadauerū  
 multitudine non crematorum ut in praelijs contingere solet,  
 aut ex aliquorum uel lacuum uel paludum aestatis tempore  
 uaporatione, & contingit precedere aeris caliditatem im-  
 modicam, quemadmodum in ea pestilentia, quæ Athenienses  
 inuasit, aut quia humores erant ex prauitate uisus putredini  
 obnoxij, aut quia corpora erant ad patiendum parata, & c.  
 Bac. Nota quod ad inducendum aliquod effectum quattuor re-  
 quiruntur, Primum est agentis fortitudo, Nam a minimo sta-  
 tu, nec magna nauis moueri potest. 2. est patientis dispositio,  
 Nō enim inquit Arist. 1. physicorum) quodlibet agit in quod-  
 libet, sed in id duntaxat quod determinatum est, unde dici so-  
 let Actus adiuorum non est nisi in patiente bene disposito. Et  
 Auic. 1. 4. cap. 1. Agens solum eum peruenerit, & patienti nō  
 est preparatio non accidunt actio & passio & c. 3. est patien-  
 tis contactus ab agente actu uel potestate concurrens, Nec mi-  
 rum quum ignis nec me possit calefacere, si sua uirtute uel  
 potentia mihi non adhereat. 4. est mora agentis in patien-  
 tem, quod si hæc mora non fieret profecto nec parua styru-  
 la in magno quantuncunq; igne combureretur, & hæc sunt  
 quæ a Galeno sub paucis his uerbis intelliguntur, quum di-  
 cat, Quod nulla causarum sine patientis aptitudine agere po-  
 test & c. Paul. lib. 2. cap. 34. cibi commune prauis istius modi  
 morbos pariuunt, item communis aquæ uitiatæ potio, nimis  
 laboriosa uitæ ratio, labores omisi, inedia, repletio, idq; dum  
 fames grassatur & c. Quod autem celestis influxus sit harū  
 causa febrium, uide Auic. loc. cit. ibi. Principium omnium ho-  
 rum sunt formæ ex formis cœli facientes esse necessarium il-  
 lud cuius aduentus ignoratur & c. Gale. 1. de Temperam. cap.  
 4. omnium aeris temperamentum pessimum esse dicit, quod  
 humidum & calidum est, Vide etiam. 3. aph. comm. 21. ubi de



morbis æstiuis ac autumnalibus loquitur, & 3. aphor. com.  
 16. ubi inquit quod putredines fiunt in illis temporibus, quoniam  
 perspicuum est humida siccis magis esse putredini obnoxia,  
 & cæt.

De indiciis febris pestiferæ.

Calor febrilis extrinsecus ad tactum suavis est, intrinsecus  
 uero urit ac ægrum molestat, Difficultas anhelandi uisitur  
 ob uapores malignos, Vehemens sitis adest, lingua ariditas,  
 Nausea ac appetitus prostratus, creberq; uomitus ob humores  
 os ipsum uentriculi infestantes, Tussis sicca, imbecillitas  
 uirium & defectus animi ob cordis noxam, Ad sunt insuper  
 uigiliae & deliria, interdum quedam conuulsio, ut uix a loco  
 moueri possint, interdum in somnum quedam delatio. Apparent  
 etiam bubones & carbunculi post aures subalis & circa  
 inguina, prout cerebrum cor & iecur afficitur, & hæc potissimum  
 fiunt, natura uenenum ad partes extrinsecas detrudente,  
 Oriuntur etiam quedam circa cutim pustulae quæ mox occultantur,  
 Pulsus eorum est uelox & debilis, excrementa sunt foetida,  
 urina interdum aquea, interdum subiugalis & liueus, prout  
 sanguis pituita & bilis dominatur, Differt hæc ab alijs  
 febribus putridis quoniam in humoribus principaliter  
 cordis accendatur, Aliæ uero in alijs partibus, Præter  
 ea in febre pestilenti nulla fit bona crisis & seuiora  
 sunt symptomata quàm in alijs febribus. Est & altera  
 febris pestilens in qua æger nec ipse medicus percipit  
 calorem multum, nec pulsus & urina sensibili alteratione  
 naturali distat, sed ipsa ut raro contingit ita celerius  
 ægrum enecat. Loci consentien. de indiciis febris pestiferæ.

Auic. 4. 1. tract. 4. cap. 2. hæc febris est quieta exterius, con-  
 turbas interius secundum plurimum per dēs, ex qua precipitur ca-  
 liditas & inflamatio fortis etc. Paul. lib. 2. cap. 35. pestilentie.

grauisima quæq; superueniūt, etenim delirium accidit, bilis  
 uomitio, præcordia intenduntur, labores afficiunt, sudores  
 longi erumpunt, extrema algēt, alui profuuiâ biliosa tenuia  
 & statulenta urgent, urinae cernuntur dilutæ tenues biliosæ  
 nigrae, Nares sanguinem destillant, pectus ardet, lingua torri-  
 da est siticulosa, tristitia oboritur, conuulsiones uolētæ etc.  
 Bac. Nota has febres fieri diuersas tum ob corruptionis cau-  
 sam tum ob humorum uario modo putrescentium diuersita-  
 tem, Nam putrescente pituita signa febris phlegmatica ui-  
 debuntur, si bilis biliosa, si sanguis sanguinea apparent, Ra-  
 tione accidentium quia quædam cum sincopi, quædam cum  
 conuulsione, quædam cum sanguinis screatu uisuntur, quarum  
 signa si recte perpendere uolueris, lege Saonarolam latius  
 de his enarrantem, nam sumit ipse indicia a substantialiter  
 inherētib; sicuti a calore miti uel mordaci, A qualitate  
 mutata, sicuti a colore faciei, Ab exeuntibus mutatis, sicuti  
 ab urina ab excrementis alui, Ab actione lesa ut a uomitu a  
 dolore capitis, ab anhelitu, a uirium deffectu, a tussi a uigilijs  
 a dispositione corporis &c. Ex quibus sane omnia indicia cõ-  
 præhendi possunt, Signa tamen propria ut ipse inquit, sunt  
 febres cum antrace glandula & ægrum deficere in facultate  
 animali sensitiua ac motrice, cum facie tornatili pulsu in or-  
 dinato, urina mala, anhelitu difficili, & ægrum pluris esse  
 angustia solito &c. Quod pustule appareant in febre pesti-  
 lenti lege Gal. s. meth. cap. 12. ubi inquit, ijs qui euasuri erant,  
 pustule quas exanthemata uocant, nigrae toto corpore con-  
 fertim multæ apparuerunt, Tales enim sunt reliquæ sangui-  
 nis, qui in febre computruit, natura ad cutim illas transmi-  
 tente &c. Vide etiam Gal. in lib. de Atrabile cap. 4. & plura  
 intelliges, lege in super Almaforem li. 4. ubi febres pestiferas  
 uocat deceptorias, nam sepe medicos deludunt, uide etiam

Arculus Gord & Gentilem de fulgineo lege etiam Aetium. ser. 5. cap. 95. De peste ex Rufo, & inuenies signa pestis futurae, & quaecunque a me pridem recitata sunt, Quod autem hæc febris ex eo a putridis differat, quod principaliter humoribus cor circumdantibus adhereat, iam notum est ex superius dictis Auic. quum dicat uenit ad cor, & putrescit quod circumdat ipsum de humiditate &c. Gal. aph. 2. com. 13. Docet nos inquit Hip. quod post iudicationem nox subsequens facilior existat, quoniam plures iudicationes ad bonum terminantur, nisi sit pestilens constitutio, et sic nulla crisis bona fit in febre pestilenti, Et Auic. loc. cit. Et incipit cum accidentibus predictis cum fortitudine sua, & uenit ad syncopim, & sic ab alijs putridis differt, uide etiam hunc locum Auic. ubi de altera febre pestilenti agit quæ tam celeriter patientem enecat, &c.

De curatione febris pestilentis.

Pestilentie duplex requiritur curatio præseruatiua scilicet & curatiua. Præseruatiua prohibet ne aer fiat pestilens, & si iam factus sit eum alterando reconciliat. Prohibetur ne fiat pestilens illum exiccando cum odoribus gratis ac bene redolentibus, sicuti cum suffumigijs ex ligno aloes ambra Thure moscho Styrace Garryophillis laudano croco & sandalis, aut prohibetur si loca tam publica quam priuata ab omni laebe mudentur, si cloacæ et quicquid putridum est depuretur, cauendo interim ne quis a loco infecto isthuc se conferat, nec inde quicquam deferatur quod noxium sit, Quod si iam factus sit pestilens aer tunc fenestrae uersus septentrionem aperiantur, irroreturque domus aceto sandalis aqua rosacea cum fructibus odoriferis et camphora, semper ignis cum cupressinis Iuniperis ac lauri lignis accendatur, &c. At præseruatur homo si ultra aerem rectificatum, etiam rationem uiclus ac rerum sex non naturalium exiccantem custodierit, si ma-

terias in ipso corpore superfluentes pharmaco uel sectione uenæ sepius eduxerit, si deniq; uirium robur membrorum principalium roborauerit.

Curatiua uero non solum antecedentem febris, sed con- iunctam bubones & pustulas efficientem, & utranq; simul comprehendit. Circa causam igitur antecedentem tres cu- randi indicationes opus erunt. Prima euacuare superfluita- tes corporis iubet cum sectione uenæ si superfluat sanguis, si- nimus humores alios purgare cum rheubarbaro, Manna ele- ctuario ros aut catapotijs Ruzi & c. Secunda efficit ut febril- is discrasia alteretur cum frigidis, utpote cum rob de ribes de agresta de granatis de acetositate citri cum oxalidis & cicorij aquis potuiq; aquæ frigide ubi sanguinea uel biliosa fe- bris fuerit. At in phlegmatica aut melancholica supra scri- ptis miscenda sunt calida sicuti species diamosci syrupus de buglossa oxymel simplex aqua melisophilli boraginis & cat. Tertia debet materias cordi obnoxias extirpare cum medi- camentis huic rei conluentibus ut supra dictum est. Cause coniunctæ carbunculos siue bubones efficienti, prima indica- tio conuenit, ut locus in quo carbunculi inueniuntur, statim sacrificetur, ut inde materia, quæ maligna est eradicari ualeat, Secunda cauterio actuali locum comburi iubet, qui mox ulcerum curatione erit iudicandus. Quod si in emunctorijs carbunculi apparuerint, ultra scarificationem, locus nõ erit cauterio sed cataplasmate potius suppurante ac attrahente contegendus, mox aperiendus & modo ulcerum curandus est. Tertia indicatio quæ utriq; cause conuenit, non solum symptomata quæ multa esse possunt, sicuti syncopis, appetitus deiectio uigilia & c aufert sed sex res non naturales ad frigidum, & siccum declinare potissimum iubet, & c.

Loci

Loci consentientes de curatione febris pestilentis.

Auic. 4. 1. tract. 4. cap. 4. Retificationis pestilentie pars est secundum sanos, qui sunt in ea, & pars eius est secundum egros, id est pars studet ad preseruandum sanos & pars ad curandum egrotantes, & sic est duplex preseruatiua & curatiua, & sequitur, Secundum sanos intentio est ut exiccetur aer, & fiat boni odoris, & prohibeatur eius putredo & retificetur cum xyloaloes croco ambrathure, &c. lege locum uberius, & plurima circa hanc rem intelliges. Galenus primo de diff. feb. cap. quarto. Vna siquidem ac prima est in omnibus communis intentio, quod corpus quam maxime superfluitatibus uaccet, atque optime spiret, Secundo loco posthoc, ut prepotenti cause, quoad fieri potest, aduersetur &c. Auic. loc. cit. Summa curationis earum est exiccatio, & illud cum phlebotomia & solutione uentris, & oportet ut incipiat in ea ad euacuandum, si autem materia uincens erit sanguinea fiat phlebotomia, & si fuerint humores alij euacuantur &c. Gale. loc. cit. Statim ab initio quæcunq; corpora humida uidebamus omni uia exiccare conabamur, Quæ uero sicciora in his antiquum habitum conseruabamus, At in quibus superfluitates redundabant, hæc purgationibus sanabamus, Obstructiones autem foraminum aperire atque abstergere studebamus &c. Aet. serm. 5. cap. 95. Ventris cura quoq; habenda est, si uero superior uenter pituitam habuerit, uomitu euacuetur. Quibus autem sanguis abundat his uena seccetur, bona est & per urinas purgatio etc. Itidẽ ait Pauli. 2. c. 35. De alteratione discrasie omnes febre neoterici concordati sunt, inter quos lege Arculanum. 4. 2. Auic. & Sauonarolam fusissime de his loquentem, qui & simplicia & omnia fere composita ad pestem facientia copioso satis sermone enumerat. Aet. serm. quinto. cap.

R. R.

94. & quandoq; refrigerationibus usi sumus. si ita opus esset, quandoq; uero calefactorijs & c. De causis coniunctis loquitur est Gentilis in suo introductorio, & 4. l. Auic. dicens, & si apostema uenerit ad augmentum, laudo non expectata digestionem, quod fiat scarificatio super apostemate, deinde apostema maturetur ac curetur ut dictum est & c. Vide in hoc latius Arculanum. 4. l. Auic. c. 5. & plura circa causam continentiam bubones efficientem intelliges. De symptomatibus, & de sex rebus non naturalibus, qui legerit Sauonarolam multa intelliget, Auic. loc. cit. Et quando cadit appetitus restantur ad comestionem, Nam plurimi eorum qui uiriliter agunt super illud, & uiolenter comedunt, absoluuntur & uiuunt, & oportet ut sint cibi eorum ex acetosis & desiccatiuis & sint pauca quantitatis & c. Vide etiã in hac re Paulũ etc.

#### Observationes in sectione uenæ.

Sauon. Si in hac febre non fieret phlebotomia conueniens, maior committeretur error, quam in alijs febribus, Nam cum uires in hac febre satis imbecilles sint, multo magis ex misfione sanguinis & spirituum exhalatione, imbecilliores euaderent, Qui. el's iubet nos debere phlebotomiam potius parati quam exquisitam facere. Obiectio.

In febre pestilenti phlegmatica conueniet, ne sectio uenæ, Nam dixit Auicen. si peccent a sanguine alij humores, quod euacuentur.

#### Responsio.

Satis facit tux huic obiectioni Aui. l. 4. de cura febris phlegmaticæ dicens quum uideris urinam crassiore & rubicundiorẽ non erit malum si phlebotomaueris, & in cura tertianæ non pura si fuerint urine eorum crassæ tunc phlebotoma, & in cura caustionidis, & fortasse inquit iuuabis eos ex phlebotomia si illic fuerit turbiditas & rubedo.

Obiectio. Erit igitur omni de causa secunda uena?

## Responſio.

Maxime, ſi fuerint ur nae quales nuper diſte ſunt. Intel-  
lige tamen, quod euacuatiua ſectio ſanguinis redundantia de-  
bet, ceteris uero diuerſiua uel euentatiua. Obiectio.

Ex qua uena fiet potior ſectio? Reſponſio.

Si indifferentem patiens ſe ſenſerit grauatum ſecabitur  
uena media, ſi circa partes inferiores fuerit laſio, baſilica, id  
eſt icoraria, ſi superiores, uena cephalica id eſt humeralis,  
ſi in inguine fuerit bubo, ex malleo euſdem lateris &c.

## Obſeruaciones circa curationem.

Arcl. 1. 4. Auic. cap. de cur. feb. poſt. notat quod cum du-  
plex ſit intentio, una qua debetur febrī, ut inſtigidatio, Alte-  
ra qua uacat humori, ut digeſtio, & uacuatio, q̄ potior &  
primū exequenda eſt euacuatio, quia humor ſua maligna  
putredine & uenenoſitate magis nocet febrīenti, quam phar-  
macum ſua caliditate, Debet etiam uacuatio præcedere dige-  
ſtionem, quum digeſtio ipſa perfici non poſſit niſi lōgo tem-  
pore, quod in morbo tam acuto expectari non poteſt, iuxta  
illud Hip. Medicari in ualde acutis, ſi materia turgeat, eadem  
die, tardare enim in talibus malum eſt. Obiectio.

Quoniam medicamento uti debemus, leniente, Benedi-  
cto, an uiolenter euacuante? Reſponſio.

In hac febre neq̄ leniens, neq̄ uiolenter euacuans confe-  
runt, Siquidem leniens non niſi ea qua in uijs ductuum repe-  
riuntur euacuat, relinquens qua circa cor computruerunt, At  
uiolenter euacuans nimium uires deiicit, quod ſummopere  
uerendum eſt, Quare neoterici benedicto tantum uocato  
utuntur.

## Obiectio.

Quid intelligis pro benedicto pharmaco? Reſponſio.

Scias quod medicamentum duabus de cauſis dicitur benedi-  
ctum, Altera quarum eſt quod operatur ſoluendo abſq̄ cor

poris molestia, sicuti sunt medicamenta primi ac. 2. ordinis, unde Diamanna Gale. à Mesue descripta inter medicamenta benedicta connumeratur, Altera autem quia tale phar-  
macum absq; noxa corporis soluit, nec aliquam latentem mali-  
tiam obtinet, qua corpus inficiatur, unde electuarium rosa-  
ceum Mesue & Diaphinicon, quoniam soluunt absq; corpo-  
ris noxa etiam inter benedicta ascribuntur, & hoc uoluit ipse Mesues in suo de consolat. parte. 2. cap. primo. & ca. Vi-  
de tamen in hac re neotericos, ubi de febre pestilenti lo-  
quuntur, & ca.

#### Observationes circa causas.

Gal. 1. de diff. feb. cap. 4. Oportet siquidem in omni causa-  
rum diligenter aduertere, ex qua maxime potentia egrotare  
contingat, deinde corporum dispositiones, tam quæ eidem con-  
sentiunt, quàm quæ aduersantur considerare, illud pro com-  
perto habentes, quod quæcunq; consentientes sunt, facillime  
ledunt & c. Bac. consentiunt corpora uarijs superfluitatibus  
plena, iam ex seipsis ad putrescendum parata, & quibus in-  
sunt obstructio foraminum, plethoria, uita otiosa in multis  
crapulis ac rei ueneræ uribus immoderatis dedita & c.

#### Observationes circa alterationem.

Arcul. loc. superius cit. Et si frigida & sicca & acetosa  
conueniant in febre pestilenti, ratione qua putrida & mali-  
gna est, eo quod putredinem prohibeant, & causæ pestis quæ  
ex calido & humido constat, aduersetur, Ratione tamen ca-  
loris & materiæ diuersi generis, non semper, nisi cum alijs  
admixta sint, conducunt, Nam & calidis una cum prædictis  
uti oportet, ubi a pituita uel melancholia febris dependeat,  
similiter in sanis uti possumus calidis & siccis in alterando  
aerem, ut uoluit Auicennas, sed in febrientibus frigidis,  
& siccis, & ca.



Pestem curantia ac perseverantia a peste.

In frigida dispositione conferunt Ambra, moschus, thus, mastix, aloes, sandaraca, lignum aloes, myrrha, resina pini, laudanum, Aristologia, Iuniperus, nux moschata, Garyophyllus, ebanus, inula, acorus, squinantum, bdelium, uinum aromaticum, cortex citri & semen eius, styrax liquida, laurus, basilica, styrax calamita, been, cinnanomum, crocus, calamentum, casia lignea, tedoaria, mellisophyllon, mentha, borago: In calida dispositione conferunt rose, corallus, sandali, camphora, acetosa, uiolæ, lambrusæ, pira, cicorium nemuphar, coriandrum, bolus armena, poma cydonia, terra sigillata, myrtus, arantia, limones, syr. de succo acetosæ, de acetositate citri, de agrestia acetosus simplex, tamarindi, uinum uivæ acerbæ, triphera persica, A proprietate ualent succus calendule, gallegæ, scabiosæ, pulueris radice tormentille, puluis ditamni cum acetis & aqua rosacea, acetum scilliticum, oleum de costo, de scorpionibus compositum, theriaca maior, mitridatum etc.

De pronosticis febris pestilentis.

Auc. 1. 4. cap. quarto. Et hæc febris secundum plurimum est perdens hominem, Bac. presagium fieri debet bonum, si ut inquit Hipp. aphor. secundo, aphor. trigesimo tertio in hoc morbo mente constant, & bene se habeant ad ea que offeruntur, quippe horum appetitus leui de causa profertur, Hippocrates aph. secundo. aphorif. decimonono. Acutorum morborum non sunt certæ prænuntiationes aut salutis aut mortis, Bac. maxime in his qui cum uideantur reconalescere statim decidunt ac moriuntur, Sauonarola perniosa est febris pestilens, si cum seuis accidentibus calor mitis adiunctus sit, si facies sit tornatilis, & appareant macule nigre, si urina fuerit turbulenta & subingalis

RR 3

Et c. Bac. hoc uerum esse potest. Nam scriptum est ab ipso Hipocrate prædict. 2. c. 32. quod exitior urina est, quæ aquosa fetida nigra crassaq; apparet. Lege etiam Gal. apho. 4. com. 70. ibi. Nonnullæ igitur urinæ longo tempore manent perturbatæ. Nonnullæ cito sedimen crassum habent, Et cito morbum solum iri significant, quæ uero non resident, si uires adsuerint longum fore morbum ostendunt, si imbecillitas adsit ægri mortem prænuntiant Et c. Auic. 1. 4. Sudor frigidus circa caput Et collum cum febre malum, uomitus foetidus uiridis Et diuersi coloris malus, Anhelitus foetidus malus Et mortalis putredinem enim iam in corde confirmatam esse significat. Et 2. 4. omne apostema Et pustula quod apparet, Et postea redit, malum Bac. nihil est inter alia signa deterius quam diuersitatem pulsus cum imbecillitate uirium percipere, Et hoc serua Et cæ.

Authores dissentientes in hac febre.

- 1 Adserere aerem Et aquam nullo modo posse putreferi.
- 2 Adserere cum Dino non posse solum hominem a peste capi quum morbus sit uniuersalis.
- 3 Adserere, cum Sauonarola posse uinum exhiberi in febre pestilenti.
- 4 Adserere, Calefactoria in hac febre nullo modo cõgruere.

Confutatio dissentientium circa febrem pestilentem.

Ad primum inquit Auic. 1. 4. tract. 4. cap. 1. Quod aqua nõ putrefit propter suam simplicitatem, sed propter illud, quod de uaporibus malis ei admiscetur, similiter etiam Aer, Bac. quasi dicat in qualitatibus primis nulla fit mutatio, sed si suæ substantiæ aliene qualitates malè adhereant, tunc quatenus aggregatum est, ei potest putrefactio contingere, Confirmatur hoc ex Aristot. 4. meteorum omnia annuente posse pu-

trescere præter ignem.

Obiectio.

Si hoc esset uerum uideretur quasi sibi ipsi aduersari, nam in. 25. sect. problem. problemate uigesimo, dum quaerit, cur terra & aqua putrent aer & ignis non putreant, respondet quia nihil putret, quod calidissimum & igne refertum sit, si igitur Aer igne refertus sit, fieri non potest ut putrescat. Respon.

Putrescere aliquid bifariam intelligi potest, proprie scilicet & improprie, Proprie omnia mista putrescunt, Impropræ uero elementa, quum aliqua putrefactionis accidentia in eis remaneant sicuti foetor & c. Omnia igitur putrescunt siue proprie siue improprie, ut ipse ait Arist. præter ignem qui sui caliditate, omne humidum a quo fit putrefactio, consumit, Hinc est quod aer in parte suprema qua igni coniungitur, non putrescit, sed in ea parte qua ab igne longe abest putrescere interdum contingit, ut ipse Auic.

Ad 2. Respondet Gentilis ratione probabili possibile esse aliquem solum a pestilenti febre captum & non plures simul, quia fieri potest quod homo in aliquo sit loco conclusus ubi cadauer inhumatus sui foetore cor illius pestilenti putredine inficiat, & sic peste solus ut dicitur ratio moriatur.

Ad 3. Auic. 1. 4. cap. 5. oportet ut non administrantur neque exercitium, neque balneum neque uina, neque tolleretur sitis & c. & sic interdicitur uinum, & ratio est, quia exercitationes, balnea, uina, & sitis, non solum corpus exsiccant, sed etiam attrahendi aeris maiorem copiam irritant, ac corpus accendant, nec est in febribus quod magis inflammet quam ipsum uinum.

Obiectio.

Paulus ubi catapotia quaedam Rufi describit, uino esse assumenda docet, quod si uinum noceret, non antidoti gratia exhiberetur.

Responso.

Aliud est exhibere uinum ratione medicamenti, aliud ra-

tione potus, siquidem hic in multa, illic in pauca quantitate assumitur & nota q̄ catapotia Rufi componuntur ex binis partibus Aloes & Guttae ammoniaci, et parte una myrrhae, nec croci meminit sicuti Arabes. Ad quartum Aet. ser. 5. cap. 93 dixit quod si ardor occuparit partes interiores, extremitates autem & superficies frigidae fuerint & praecordia distendantur, his calefactoria fomenta adhibere oportet, ut calor ad superficiem trahatur, & quibuscumque modis conandum est, ut calor ex profundo ad externa educatur, & sic calefactoria etiam congruunt, Adde tu etiam quod si a frigidis febris accendatur calida nimis prodesse. Obiectio.

Quomodo potest fieri febris a frigido? quum frigidum aduersetur potius eius calori, quam opituletur. Responſio.

Hoc fieri solet ob prohibitam transpirationem ex qua humores ad putredinem parati, putrescunt & febrē accendūt.

Obiectio. Anceps sum an febris sit morbus uel causa uel accidens, quum uario modo de ipsa legatur. Respon.

Febris esse potest causa morbus & accidens, iuxta tamen diuersas relationes, Nam febris per relationem ad phrenitidem dicitur causa, sed si referatur ad suam essentiam, secundum quam ledit operationes erit morbus, si uero post alium morbum fieri contingat erit accidens.

De symptomatibus februm, &c. i. de frigore tremore horrore, & rigore.

In principijs februm tertianae & quartanae solent, haec praesertim symptomata contingere, frigus scilicet, tremor, horror, & rigor, quae quoniam modo inter se differant, & quid sint, scire praesentaneum esse existimauimus. Frigus igitur quod Graeci πυξος dicunt, fit in febris quando superficies corporis motu inaequali non mouetur. Tremor uero est partium, quae uicissim sursum & deorsum feruntur

inuoluntarius motus, Horror autem est tremor qui fit quum totum corpus intremiscit absq; tamen concussione. Rigor de mum est frigesactio dolorifica cum quadam totius corporis inaequali concussione & quassatione, Differt tremor a rigore, eo quod unius duntaxat particula, sed rigor uniuersi corporis affectus est, Differt rigor ab horrore, quum horror sit solius cutis affectus, rigor uero totius corporis, Differt horror ab utroq; quum nulla agitatione corpus moueat, Hæc tamen ita se consequuntur, in primis accedit quædam inaequalis temperies mox frigus sequitur, inde horror, & quandoq; tremor, nouissime autem omnium rigor, qui totum corpus inaequali motu concutit & quassat, subsequitur &c.

Loci consentientes de frig. tremore horrore  
& rigore.

Gal. in li. de trem. & palp. cap. 6. Exacerbationis aggressum huic quidem cum rigore, alteri uero cum horrore, et alteri cum solo frigore aduenire affirmamus &c. Lege caput quintum & sextum huius libri, & inuenies quid horror sit, quæ tremor & rigor, & quomodo inter se differant. Galen. s. de sympt. caus. cap. 5. Quum enim praua excrementa fuerint congesta, in primis inaequalitatem sentimus, quæ si æcria fuerint erosionis quoq; sensus accedit, secundo loco horrorem percipimus: postremo rigorem quo partes quatuor concutuntur &c. Vide etiam Gale. cap. 4. eiusdem, & 2. de diff. feb. cap. septimo, ubi de rigore & horrore loquitur, ibiq; habet quod horror medius sit inter rigorem & frigesactionem &c.

De causis frig. horroris rigoris & tremoris.

Cæa frig. extremitatū in febris sūt aut paucltas sētūs nō ualēs ad mēbra extrinseca se diffundere, aut noxa intrinsecus

contenta, sicut apostemata, uel ulcus, aut materia maligna sua multitudine & malitia multum ledēs, aut materia quædam frigida in extimis partibus retenta, sicuti in febre lypyria, aut cibus calorem reuocans ad interiora, aut timor, aut aliud quodpiam symptoma hoc efficiens, aut obstructio partium extremarum, quæ spiritum & sanguinem ne libere exeant, prohibet, aut est principium febris, quo ueniente spiritus & sanguis ad locum materiæ congregantur ut eam expellant, Causæ horroris & rigoris sunt humores mordaces qui partim in nobis gignuntur, partim extrinsecus inferuntur, uerum hi secundum magis & minus differunt, Nam qui modice mordent pruriturum efficiunt, qui magis rodunt, qui uero acriores adhuc sunt horrorem excitant, qui demum mordacissimi rigorem pariunt, Differunt etiam inter se copia & motu, præterea quod laborantium corporum alia suapte natura non ita facile afficiuntur, alia sunt imbecilla, alia facile sentiunt, alia hebetiori sunt sensu, Nam corpus quod facile sentit & imbecillum est a causa perquam exigua afficitur, Robustum uero & obtusi sensus non ita, Rigor insuper fieri potest a calidis uaporibus exhalatis meatibusq; apertis ac resolutis spiritibus sicuti in crisiibus per sudorem. Fit etiã a malignitate humoris natura attrahente calorem et spiritus, dum eius malitiam abhorret, aut fit ab imbecillitate retentorie facultatis sicuti in sudore diaphoretico cui frigus adiungitur & c. Causa tremoris est uaria & multiplex, Nam hæc dispositio facultatis quæ corpus mouet, imbecillitas est, sed causa huius imbecillitatis, aut est alimenti defectus ut in fluxibus & sanguinis eruptionibus, aut in ædia aut uitalis roboris exolutio, ut in cardiacis resolutionibus, aut uiolenta uehemensq; refrigeratio uirtutem occupans, aut nimia repletio aggrauans, & c.

Loci consentntes de causis frig. horro-  
rigoris & tremoris.

De causis ipsius frigoris lege Gal. io. meth. ca. 4. ibi. Mor-  
dens halitus & succus ubi per sensilia corpora fertur, horro-  
res & inæquales totius corporis cōcussiones facit in ijs, qui=  
bus cute stipata, quæ prius transpirabant, iam sunt retēta, etc.  
Vide idem cap. 10. eiusdem libri. ubi Gal. inquit quod ex bala-  
neo præcipue intempestive habito horrores fieri possunt, Vi-  
de tamen de causis frigoris. i. 4. tract. 2. cap. 1. & cap. de horri-  
pilatione et ubi agitur de lipyria febre, & 4. aph. aph. 48. et  
7. apho. com. et cō. 1. 57. & 5. de sympt. causis & c. Gal. in li. de  
plenit. At qui in nobis mordaces gignuntur succi eorum prau-  
riginosi sunt, qui modice acres sunt ulcerosi autē sensum pa-  
runt, qui his sunt mordaciores, qui uero hos quoque mordaci-  
tate superant, horrorem, sicuti qui iam præterea mordacis-  
simi sunt, hi rigorem inferūt, Vide de causis horrores. 7. aph.  
com. 57. ibi horror autem prauis humoribus per cutem cur-  
rentibus accidit, De causis tremoris mentionem facit Gal. in  
lib. de trem. & palp. cap. 5. ibi, non una duntaxat tremoris  
causa est, sed ob multas uariasq; occasiones fieri contingit,  
& c. Vide tu illum latius, uide etiam Arcul. 1. 4. cap. 12. &  
34. ubi dicit multotiens profundari calorem febrilem, &  
extrema eorum in frigidari, & c.

## De indicis frigoris horrores tremoris &amp; rigoris.

Ex superioribus locis, & ex definitionibus iam datis, pa-  
lam satis est eorum cognitio quæ ex relatione infirmi po-  
stea confirmatur, & c.

## De cura frigoris horrores tremoris &amp; rigoris.

Considerandum in primis num rigor in typo sudorē præ-  
cedat sequatur ne, aut illi coniungatur. Si præcedit tunc fit in  
principijs febrium interpollatarum, & pannis calidis remo-

uetur, Si sequatur, uel coniungatur sudori, tunc si fuerit creticus nullo pacto debet cohiberi, si minus sit creticus, tunc uel est debilis uel fortis, si debilis tunc leui frictione & calidis duntaxat applicitis auferetur, Si fortis & longus, tunc quintuplici scopo curabitur. Primo, sex res non naturales ad calidum declinent. Secundo, materia uigorem efficiens per uomitum educatur, praesertim cum eo tempore ad stomachum sese moueat, aut si hoc fieri non possit, per secessum, cum hiera, cassia, & Aloe, uacuabitur. Tertio, Materia, quae mordax est mitigetur, ac fiat in posterum, ne amplius rigorem efficiat, unde si fuerit tenuis incrassabitur, si crassa extenuetur cum syrupis ad hunc rem faciendis ut alias dictum est. Quarto, Danda est opera, ut materia quae uelocissima ad membra sensilia aduolat, non tam raptim, sed quietius moueatur quod fiet per ea, quae infrigidant corpus & quietem inducunt, aut per ea quae sensum obtundunt, utpote per soporifera. Quinto, Extremae partes ligentur ac fricentur, nec non rebus calidis, utpote cibarijs unctionibus & similibus utemur. Nam fortis per ualidas inunctiones a partibus dorsi posteris applicitas, (a quibus rigor praesertim incipit) auferetur, similiter cum calidis lintheis & cum frictione, luuant etiam ad pedes ponere calidos laeteres uino aspersos & inungere extremas partes cum oleis calidis &c. Cura uero tremoris erit, si a frigefactione proueniat, cum calidis medicamentis, si a cardaicis stomachicisq; exolutionibus cum his quae superficiem densant refrigerant ac porros claudunt, si ab alimenti defectu siue inedia cum his quae nutriunt, si a repletionem p ea quae euacuant &c.

Loci consentientes de cura frigoris horroris  
rigoris & tremoris.

Anic. 1. 4. cap. 12. Quod est de hoc sequens sudorem reti-



ficatur uelociter, & non indiget regimine, & cretico non oportet ut contrarium fiat per remotionem, & non est de illis quæ debilitant, & quæ faciunt aliud &c. Bac. Hinc elicitu quod aliquis est rigor sequens sudorem, aliquis creticus sicuti ex Auicen. textu colligitur, Quod autem quintuplici scopo curetur, lege Arculum plura super Auic. narantem, & inuenies quæcumq; a me pridem declarata sunt.

**Obiectio.** Non intelligo cur rigor debeat curari, quum præsertim curata febre, ipse curetur.

**Responsio.**

Scias uelim quod rigor interdum accidit cum febre, interdum sine febre ut habetur ex Auicenna dicente, in fortis quando perseverat, siue sit in febribus siue sit in alijs, & cæ. Sed si fuerit in febribus peruertit curationem tribus de causis, Interdum propter tristem eius sensum naturam debilitantem ac contristantem, interdum ob eius motum compressiuum, ex quo resolutio ac uirium imbecillitas sequitur, Interdum etiam ob uehementem caloris retractionem qua fieri potest, ut inde suffocatio sequatur, & sic cura peruertitur, At ubi in rigore hæc non formidentur, cura nulla est, & ita non debet curari rigor, & cæ. Galenus in libro de trem. & palpit. cap. quinto. Si aliquis ex refrigeratione tremunt calidis medicamentis eos curare licet, At si exhausti ut in cardiacis stomachicisq; exolutionibus tremuli nonnulli fierent, hos calefacere periculum extremum est, e contrario procedendum esse affirmo, his enim superficiem condensare, & medicamenta quæ refrigerant, & inspissant, atq; poros claudunt, ad mouere oportet, Si uero alimenti defectu, ut in his qui inedia se conficiunt, et ultra modum euacuatis, tremores aduenirent, hos nutrimento egere unicuiq; patet, in super quicumq; ob humorum repletionem, uirtute grauata, tremore

corripiuntur, hos uacuatō sanat &c. Bac. Vide ad confirmatōnem eorum quæ dicta sunt uerba Hippoc. ibi a Galen. recitata. Quod autem in rigore remedia adhibeantur dorso, lege Hip. aphor. 5 aph. 69. ibi. Rigores incipiunt ex lumbis magis & per dorsum in mulieribus. sed in uiris parte corporis posteriore, &c.

De pronosticis rigoris & tremoris &c.

Hip. apho. 4. aphor. 58. A febre ardente habito rigore superueniente fit solutio. Bac. rigor accipitur pro uehemēti frigore, & græce ριγες dicitur, & fit ob flauam bilem per sensilia membra ueloci motu delatam, quo fit ut per aluum uel sudores uel uomitus postea deijciatur, aut per sudorem, si a uenis ad cutem deferatur, & sic fit optima crisis dummodo fuerit concocta materia, & natura morbum superet in die decretoria. Et aph. 4. apho. 46. Si rigor inuidat febre non deficiente ego iam debili lethale est. Bac. lethale dicitur, tum quia uis imbecillis ferre non potest rigoris agitationem, tum quia ab imbecillitate facultatis retentoriae rigor proueniens, malitiam humoris, & uirium imbecillitatem arguit. Et aph. 4. aph. 63. Quibus in febribus rigores quotidie fiunt, quotidie febres soluantur. Bac. fit rigor in febribus tertianis & quartanis, quæ soluantur sed permanet quædam dispositio præter naturam in corpore, a qua secundum circuitum rursus febres & alij morbi generantur, Nam causa reuersionis febrium est duplex caliditas scilicet derelicta, in quo materia computruit, & humoris qui debet putrescere qualitas respirationem prohibens, ut Auicennas ipse testatur. 4. can. ca. de feb. putrid in genere. Hip. aph. 6. aph. 26. Qui in febribus ardentibus tremores fiunt, delirio soluantur. Bac. fiunt tremores a materia a uenis ad neruos delata, fiunt deliria si una cerebrum ob uapores ad caput elatos compatiatur. Et aph.

7.aph.4. A sudore horror non bonum. Bac. quia tum imbecillitatem uirium, tum malignitatē humorum talis horror manifestat prout in sudore diaphoretico uisitur. Et aph.7.aph.26. In forti dolore uentris, partium extremarum frigiditas malum. Bac. frigiditas talis fit uel ob magnitudinem inflammationis, aut propter animi deliquium, uel ob caloris natui extinctionem, interdum etiam ob uehementiam doloris, ad quem natura una cum sanguine contrahitur, non relinquens solum extremas partes corporis, sed interdum caput & uniuersum cutim ubi præcipue medios corporis partes dolor occupet. Et aph.7.aph.1. In morbis acutis frigus partiū extremarum malum, Bac. inquit Galenus acutos morbos ab eo uocari, quorum febres magna ex parte continuæ sunt, quæ si citra inflammationem fuerint, nedum extrema frigescere, sed exuri contingit. At si inflammatio aliqua fuerit, ipse inflammationis calor trahit ad se sanguinea ueluti cucurbitula, & extremæ partes ex hoc frigesunt, & uiscera uruntur. Auic.2.4. tract.1. cap. 63. Rigor plurimæ redditionis in febre praua cum debilitate uirtutis est mortalis & cum firmitate uirtutis, quando febris cum eo non remouetur, non est bonū, & deterior omnibus est, ut sequatur ipsum euacuatio non adiuuans, & non sedetur cum eo febris, & si non accidat euacuatio iterum, tunc significat, quod humor motus est uincens, qui expelli non potest & est malum & c. Hipp. aph.7.aph.7. ex multa potatione rigor & desipientia malū, Bac. calor natuius interdum ex multa potatione extinguitur, et sic fit rigor: interdum caput repletur, & ita desipientia oriri solet, Quodcumque autem horum casuum acciderit, malum est, Et aph.7.aph.57. Alyce idest anxitudo oscitatio horror, uinum æquale æquali potum soluit ægritudinem. Bac. quo pacto intelligi debeat aphorismus. lege Gal. commentum & c.

lib. *Authores dissentientes circa rigorem frigus  
& horrorem.*

- 1 Adferere, rigorem non posse citra febrem contingere.
- 2 Adferere, frigus esse tantummodo causam ipsius tremoris.
- 3 Adferere, non esse exhibenda solutiua in rigore.
- 4 Adferere horrorem non posse gigni nisi ab intrinseca causa.

*Confutatio dissentientium circa rigorem  
frigus & horrorem.*

*Ad 1. Gal. lib. de inaequali intemperie. cap. 8. Veruntamen nos ipsi tum alij iuniorum medicorum non paucis sepe uero uidimus rigorem, quem nulla sequuta sit febris, quin etiam ijs qui rigent, nec tamen febricitant inaequale temperamentum est & c. Et reddens rationem inquit, Caterum incidit tum mulieribus, tum quibusdam uiris, uerum debet omnino deses praecessisse uita & ciborum quaedam homo sumpsisse, ex quibus tardus & pituitosus succus qualem Praxagoras uitreum existimat, nascatur & c.*

*Ad 2. Gal. in lib. de trem. & palpit. cap. quinto. Tremoris uero neque una causa est, neque etiam frigus tremoris duntaxat causa existit, sed uario modo fieri contingit, & c.*

*Ad 3. Auicen. i. 4. cap. 12. & solutio inquit uentris cum eis quae sunt sicut hiera & diacitoniten & diaphinicon, imo quando rigor est prauus & laboriosus, & proprie sine febre dentur in potu pillulae foetidae, quoniam ipse sunt sanitas eius & c. Bac. Nota quod dari solutiua in rigore bisariam potest intelligi, aut scilicet sedato iam rigore, aut stante rigore, dum uita in mortis discrimine ponitur, & nullus sit alius euadendi modus, nisi per euacuationem. In his tamen primus magis mihi arridet quam secundus modus, & si alij astruant secundum posse periclitari: dum materia in motu existens*

existens facilius euacuetur, Vide tamen in hac re Arculanum in l. fen. 4. Auic. & Gentilem.

Ad. 4. Gal. aph. 7. com. 57. liquet autem inquit, quod nunc a nobis habetur sermo de horrore qui ex corpore provenit in salubri, & non de illo qui causam extrinsecus habet, & sic ab extrinseca causa etiam gigni potest, sicuti in libro de inaequali intemperie etiam ipse planius fatetur, & c.

#### De sudore.

Sudor est defecatio siue superfluitas sanguineae humiditatis serosae & tenuis quae interdum in diebus indicatorijs, interdum in toto morbi tempore sine indicatione cōtingit etc.

#### Loci consentientes de sudore.

Auicem. 1. 1. cap. de qualitate generationis humorum, Sudor est inquit superfluitas tertiæ digestionis, Gale. aphor. 4. com. 38. dixit, ( prout habet antiqua uersio) quàm sudor naturalis nihil aliud est quàm purgatio naturæ ex nimijs superfluitatibus, & com. 4. 2. eiusdem sunt inquit de sudoribus qui in diebus indicatorijs fiunt, & de ijs qui in toto morbi tempore sine indicatione apparent & c.

#### De causis sudoris.

Sudores omnino fieri a natura humidam superfluitatem euacuante, iam compertum est. siue per modum crisis id fiat, siue a morbo naturam cogente, fiunt etiam ab exercitio, a balneis, & a cibis abundanter deuoratis, sunt tamen sudorum aliqui frigidi ab humore frigido, aliqui calidi ab humore calido prodeuntes, Rursus contingunt sudores, uel ob uirium imbecillitatem uel ob corporis raritatem, uel excrementorum tenuitatem, & c.

#### Loci consentientes de causis sudoris.

Galen. aphorif. quarto. comment. 38. fiunt sudores uel natura humiditatem superfluam euacuante, uel quando non

continentior in corpore, morbi ratione &c. loquitur etiã de hac humiditate superflua aphor. 4. com. 56. & com. 37. eiusdem ubi reddit rationem de frigidis & calidis sudoribus, Quod uero contingant ob uirium imbecillitatem & corporis raritatem. lege Gal. aphor. 4. com. 41. ibi, si sudor multus non esset, posset & propter uirium imbecillitatem & corporis raritatem accidere &c. Vide etiam. 6. de sympt. cau. cap. 2. ibi, Multus sudor fit ob corporis raritatem aut ob excrementi tenuitatem, aut eius abundantiam, detinetur autem a contrarijs causis, utpote si paucum si uiscidum si crassum fuerit excrementum, aut si constipantur meatus, id uero ipsis accidit uel quia obturuntur, uel quia clauduntur &c. Auic. 2. 4. cap. 66. Sudor fit, aut causa materiei propter multitudinẽ suam aut subtilitatem suam, aut causa uirtutis ex uehementia scilicet expulsuã, aut mollificatione retentiã, aut causa pororum quando dilatantur &c.

## De signis sudoris.

Cum inter indicia morbos demonstrantia sudores reponantur, non est signorum signa denuo ostendantur, quum perse & pateant, & ex relatione, si non aliter infirmi cognoscantur, sed potius quæ ipsi portendant inuestiganda sunt, quippe sudor quam partem corporis obtinet, ibi morbum esse significat, &c.

## Loci consentientes de signis sudoris.

Lege aphor. 38. quartæ sectionis ibi, Qua parte corporis sudor est, ibi significat morbum, lege Galeni commentum.

## De cura sudoris superflui.

Erunt in curatione sudoris superflui indicationes quinq; quarum prima, si a raritate corporis sudor accidat, poros ac omnes meatus claudet ac cõstipabit per ea quæ incrassant ac obturant euentando ac in frigidando corpus. 2. si a materia

tenui proueniat, crassio rem eam reddet. 3. Si sudor ab imbecillitate retentoriæ facultatis, siue a fortitudine expulso riæ contingat, primum retentoriæ facultatem roborabit, et robur expulso riæ remittet cum his quæ pluries dicta sunt. 4. materiam, quæ a centro ad circumferentiam mouetur, in contrariam partem auertet. 5. omnium ultima sex res non naturales instituet, ut materia ad sudorem apta crasse sciat, & corporis facultates foueantur, &c.

#### Loci consentientes de cura sudoris superflui.

De curatione sudoris superflui, siue per crism siue aliter contingentis habes Auic. 4. 1. cap. 13. ibi, cum fuerit necessitas & sudor pertransit terminum, tunc oportet ut euentetur ac in frigidetur locus, & in aere frigido egrum concuti, & seipsum mouere &c.

#### Obiectio.

Quomodo seipsam mouere uel concuti, cum omnis motus potius calefaciat quam in frigidet, & sic sudorem promoveat, qui reprimendus esset?

#### Responsio.

Tuæ huic obiectiõni satisfacit Aristoteles quinta sectione problem. problem. 34. dicendo non omnem motum habere cum calefactorium, quippe fieri potest, cum mouemur, ut status excitetur, qui refrigerare nos potest, Nam status quisque ut ipse ait frigidus est, uide de his singulis intentionibus neotericos Auicennæ commentatores, & reliqua intelliges quæ a me scripta sunt &c.

#### Observationes in restringendo sudorem.

Auic. loc. cit. Oportet ne sudor ceticus quantum possibile est restringatur, & non oportet ut occupetur in exsiccando illud quod rorando egreditur faciendo exsiccationem post exsiccationem, Nam illud est occasio ad prouocandũ & multiplicandum, & fortasse attrahit syncopim, Nam eius absterasio addit in ipsum & eius demissio restringit ipsum, & cæt.

Bac. attrahit interdum syncopim resolutis scilicet in abster-  
sione spiritibus, & absterfio est causa sudoris. quia eo remo-  
to ne detur uacuum, alius subsequitur & demissio restringit,  
quia per seipsum sudor incrassatur ac foraminibus corporis  
adheret ita. ne intra se promere possit, uide de hac re Arist.  
sect. problem. 2. problem. 12. ibi cur detergenti magis profluit  
sudor & c. lege latius sectionem totam et plura de sudoribus  
intelliges. Gentilis refert se cuidam mulieri sudorem diapho-  
reticum curasse cum rosata nouella a Nicolao descripta cuius  
semuntia tuto exhiberi potest & c.

De pronosticis sudoris super flui.

Hip pronost. 1. text. 29. Sudor optimus est per omnes acu-  
tos morbos, si per diem uenerit decretorium et integre sedat  
febrem. Bonus etiam si ex toto corpore prodeat. faciatq; ut  
eger ferat facilius morbum, si uero nihil tale efficiat, nequa-  
quam utilis est, pessimus uero si frigidus egrediatur & circa  
caput tantummodo uultum & ceruicem. Hic enim cum acuta  
febre mortem cum mitiore morbi longitudinem indicat  
& c. Bac. Iudicantur sudores multifariam. 1. per eorum sub-  
stantiam ut crassi tenues & uiscoli, aut per eorum quantita-  
tem ut si sudor sit multus paucus mediocris, aut per eorum  
qualitatem ut calidus frigidus pallidus clarus Amarus dulcis  
foetidus, aut per infirmi relationem, & hoc ratione leuitatis  
& grauitatis, aut per eorum tempora ut in principio morbi  
augmento statu & declinatione, aut per eorum locum, ut in  
toto corpore uel in eius parte etc. De his tamen lege uberius  
Auiuen 2. 4. cap 70. & latiore longententiam inuenies:  
Hip. aphor. 4. apho. 36. Sudores febricitanti si inceperint bo-  
ni & 3. & 7. & 9. & 11. & 14. & 17. & uigesimo, & uige-  
simo septimo, & trigesimo quarto. Hi enim sudores iudicant  
morbos, qui uero non ita fiunt, laborem significant et morbi



longitudinem & recidiam: Bac. non solum intelligitur aphorismus de sudoribus, sed etiam de alui excrementis & urinis multis, & iuxta aurem abscessibus, quæ in prædictis diebus cum tolerantia ægri appareant optima sunt indicia, Disce etiam hic ex aphorismo qui sunt dies iudicatorij. Disce adhuc ex Galeni commento quod morbi in diebus imparibus habentes accessionem citius terminantur, qui vero paribus tardant, & hoc ex motu humorum &c. Et aph. 4. aph. 41. Sudor multus ex somno factus absq; causa manifesta corpus uti pluri cibo significat, si uero cibum non accipiet, hoc accidat scire oportet quod euacuatione indiget. Bac. Multus sudor fit teste Gal. uel ob ciborum recenter sumptorum immoderantiam, uel ob illorum qui præterire multitudinem, si primum, prohibendum est, ne in posterum plures sed pauciores assumantur, si secundum euacuandum erit. Obiectio.

Si sudor sit motus nature ab intrinsecis ad partes forinsecas & somnus e diuerso, miror quomodo in somno possit contingere.

Responsio.

Fit in somno quia magis roboratus calor in humiditates agit, ex quibus sunt uapores, qui in sudorem postea abeunt. Hip. aph. 4. apho. 42. Sudor multus calidus uel frigidus semper fluens, frigidus magis calidus minus morbum significat, Bac. nota ex Gal. frigidos sudores frigidam materiã innuere, & peiores sunt, calidi uero calidam et minus sunt exitiales.

Obiectio. Quo frigidi frigidã materiã demonstrant, si etiam in acuta febre, quæ a calidis humoribus proficiscitur, fieri possunt. Responsio. Frigidi sudores bifariã fieri possunt, uel a calore naturali deficiente, nec ad cutem sese extendente, non febre acuta, aut a materia morbi a qua ipsi decidunt, De hac 2. intellexit Gal. quod frigidi frigidã materiã manifestat, et nõ de prima diuisione, et ita nulla est tua obiectio.

Hip. aphor. 4. aph. 37. Frigidi sudores cum acuta quidem febre, mortem cum mitiori autem longitudinem morbi significant. Bac. frigidus est sudor quum humores in animalis corpore tantæ frigiditatis sint, ut neq; a calore natiuo, neq; a febrili possint calefieri, idcirco talis sudor in febre acuta pernitiosus est.

Obiectio.

Quomodo potest esse frigidus sudor in acutissima febre, quum duo contraria esse simul non possint in eodem loco?

Responsio. Non sunt in eodem loco, nam febrilis calor in uasis continetur, sudor uero circa cutim, & sic nõ sunt in eodem loco.

Obiectio.

Si febris est calor extraneus per totum corpus diffusus, quomodo non sunt in eodem loco?

Responsio.

Febris diffunditur per totum corpus modo nõ sit aliquid, quod ipsam prohibeat, sed defectus caloris natiui hoc efficit ut febris non diffundatur, quæ nil aliud est, quàm calor naturalis mutatus in igneum qui cum deficiat, nõ potest diffundi, Hipp. apho. 4. aph. 36. febricitanti sudor superueniens febre non deficiente, malum prorogatur enim morbus, & multam significat humiditatem, Bac. si multa sit humiditas, necesse est ut morbus quoq; sit longus, quum natura non nisi longiori tempore eam & dissoluere & concoquere possit & c.

Authores dissentientes circa sudores.

1. Adferere, sudorem non esse superfuitatem tertie digestionis, sed secunde.
2. Adferere, plurimum sudorem semper esse malum.
3. Adferere, sudorem in febribus circa caput & collum esse bonum.
4. Adferere, sudorem a multa exercitatione non esse damnandum.

Confutatio dissentientium circa sudores.

Ad primum dicimus sudorem qui prouenit insanis corporibus esse superfuitatem tertiæ digestionis ut uoluit Aui-  
cennas, Sed in febrientibus corporibus esse secundæ digestio-  
nis, quum a materia in uenis contenta defluat, potest tamen  
dici tertiæ digestionis quoad transitum quia dum effluit etiã  
transit per locum tertiæ digestionis, & c. Ad. 2. loquens Gal.  
de sudoribus ceticis, 6. de Sympt. cau. cap. 2. inquit tantũ ab-  
est ut dissolutam naturam portendant, ut qui robustas uires  
annuntient, Nam eiusmodi sudores corpus purgant, atque  
haud absimiles sunt his, quos & modica exercitatio & bal-  
neum & æstiuus calor euocant. Et. 9. meth. cap. 5. inquit, nisi  
detrahatur sanguis in febribus quantum uires tollerant, pro-  
certo habendum fore, ut suffocentur uel a syncope omnino  
periclitentur, nisi eos uel uirium robur, uel plurimus sudor a  
morte uindictet, & sic plurimus sudor non est semper malus  
& c. Ad. 3. Gal. 1. pronost. com. 29. Pessimus sudor inquit, est  
si frigidus egrediatur. Item cum eo malum esse dixit si circa  
caput & ceruicem eueniat, licet frigidus non sit, hic enim  
minatur syncopen, si uero circa tales partes frigidus appa-  
reat pessimus est, quippe qui non in super fore, sed iam syn-  
copen esse indicet, & ita siue frigidus siue calidus sit, in fe-  
bribus malus est & c. Ad. 4. Gal. 6. de Symptom. cau. cap. 20.  
respondet dicens sudorem qui per immodicas exercitationes  
efficitur, non nihil utilis humoris excernere, & ita cum ma-  
gis damnat quam laudet.

De fluxus superflui sanguinis narium causis,

Quid sit fluxus sanguinis narium, nemo est, qui ignoret,  
eius tamen causas multiplices esse comperio, Nam aut a ni-  
mia aquositate, uel bile irritante fit, aut a nimia superfluente  
febrili caliditate, aut ab imbecillitate retentoriæ facultatis,  
aut ab expultrice irritata, aut ab ipsa natura critice ipsum

expellente, Fit autem plurimum in iuuenibus usi ad trigesimum quintum annum &c.

Loci consentientes de causis fluxus sanguinis narium.

Gal. s. meth. cap. 2. Sane ex uena uel arteria sanguis profuit, aut referato eorum ore, aut tunica eorum diuisa, diuiditur autem uulneratione contusione raptione erosione &c. Quomodo autem anastomosis & diapesis uenarum fiat deinceps ipse docendo prosequitur, uide. s. igitur textu si lubeat, Vide etiam in hoc. l. 4. cap. 14. Arculanum plura de his causis differentem &c. Quod in iuuenibus fiat usq; ad. 35. annum lege Hipp. pronost. l. tex. 37. ibi. Sanguinis fluorem in iuuenibus, trigesimum quintum annum agentibus expectare oportet. Bac. quia per hanc etatem plurimus sanguis abundat etc.

De cura fluxus sanguinis narium.

Cura fluxus sanguinis narium consistit in remouenda ipsius fluxus causa. Primum si a tenuitate sanguinis proueniat, protinus cum his que dicta sunt, in crassetur, si a nimia caliditate per ea que infrigidant, si ab imbecillitate uirtutis per ea que & retentoriam roborent, & expultricem mitigant, Secunda intentio erit in diuertendo tum cum euacuantibus, tum cum his que ad contrarium sanguinem reuocant cum quecurbitulis circa iecur aut ipsum splen applicitis, &c. Tertia intentio circa ea uersabitur que uenarum ora compriunt, fit; tum cum his que naribus instillantur ac sufflantur cum puluere scilicet trochiscorum de terra sigillata de chazabe bolo armena, tum cum his que ex albumine oui pauco aseto & pulueribus dictis in modum cataplasmatidis componuntur. Quarta intentio erit sex rerum non naturalium, que ut sanguinis crassetur ac frige fiat, & retentoria uis roboretur, ordinata sunt &c.

Loci consentientes de cura fluxus sanguinis  
narium.

Act. serm. 5. cap. 124. At uberior excretio eius multitudinem & laxare & minuere potest, paulatim igitur euacuationem facere oportet inde, unde natura impetum habet, sufficientem autem facta euacuatione consueto more eundem suppressimere &c. que autem suppressimant lege ipsum serm. 6. cap. 94. ibi sanguis narium eruptionem sistit urtica succus &c. Lege etiam Gal. 5. meth. cap. 3. ibi. At si ex uulnere &c. & multa ad curationem facientia intelliges. At particulatim de omnibus intentionibus lege Auicennam. 1. 4. cap. 14. ibi. Cum autem necesse est prohibere fluxum sanguinis narium in febribus acutis &c. lege etiam ibidem Arculani commentarium, uide insuper Gentilem de fulgineo in suo practica introductorio, & ibi intelliges, qui cibi administrandi sint, Quidue in causone prohiberi debeat, & multa ad hanc rem efficacitatem remedia, que non solum suis qualitatibus, sed a tota specie ut aiunt sanguinem cohibent, &c. Bac. nota tamen quod in febre quartana fluxus sanguinis narium, nisi nimium superq; fluxerit non compescendus est, imo potius comprimendo gulam (in ea precipue febre que a melancholia per adustionem sanguinis generatur,) ac fetis porcinis irritandus est, & hanc rem attestatus est Auicennas loco superius citato ibi. Quandoq; aduenit fluxus sanguinis narium patientibus quartanam, quare oportet ut iuues cum facientibus fluere sanguinem ut dictum est &c. Galen. 5. met. cap. 6. eodem modo eorum quibus ex naribus sanguis profuit aliqui ex capitis refrigeratione deterius habuerunt &c. lege hunc locum fishius.

Obseruationes circa curam fluxus sanguinis narium.

Gals. meth. cap. 6. non sine discrimine, nec omni tempore loca quæ circa particulam unde sanguis profuit, sunt posita, refrigeranda sua serim, imo posteaquam in alia prius auertis, ut exempli gratia, ubi sanguinis missione usus sis, uel artuum frictione deuinctioneque, uel ad præcordia delixis cucurbitulis, quin ne sic quidem ad frontem & caput illico refrigerantibus utendum, sed prius est ad contraria reuellendum, utiq; affixa in summa ceruice cucurbitula, Quippe duplex est auersio, & quæ ad totius corporis inferna, & quæ ad capitis posteriora, propterea uidelicet quod ipsa nares & in superiore & in anteriore parte sunt sitæ & c.

Cohibentia sanguinem narium.

Cohibent sanguinis narium fluorem Acatia, aizoon, antimonium, tela aranea, athanastia nic. cum succo plantaginis, puluis dragacanthi ustus, bolus armena, camphora cum aceto & aqua lactuce, cartæ ustæ, semen eicutæ, coagulum agni, cinis cholearum terrestrium, corallus, coriandrum recens, hematites lapis, constringere extremitates corporis, gallæ cum oui albumine, gipsum cum lentibus, bolo armena & acetato, gumi arabicum cum sanguine draconis, charabe, fumus lanæ succide, uaporatio lapidis molaris cum aceto, limacia cum aceto, minium, myrtus, rosa, mumia, succus nepitæ, olibanum, ostraca usta cum aceto, cortex oui combustus, semina & radix peoniæ, plantago, succus rutæ, epithema circa hepaticum cum sandalis, sanguis columbæ & asini, sarcacolla cum oui albumine, solatrum sumach, spodium, stercoris asinini odor et succus impositus, uernix, uirga pastoris, succus urticæ, roscisci de terra sigillata, troc. stellæ lucis & c.

De pronosticis fluxus sanguinis narium.

Hip. aph. 4. aph. 27. Quibus in febris sanguinis fluxerit multitudo, quacunq; ex parte, cum reficiuntur, alii ijs humectantur. B. causa ob quam uenter humectatur in resumptione est calor natiuus iam propter fluxum sanguinis debilitatus, quo fit, ut nec cibi bene concoquantur nec in sanguinē transmutentur, nec per totum corpus distribuuntur, unde humiditas aduentrem illabitur, & sic fit aluus humidior. Et aphor. 5. aph. 33. Menstruis deficientibus, sanguis ex naribus fluens, bonum, Bac. Consuevit Hippocrates per unum exemplū multa notare, unde si sanguis per hemorrhoidas etiam defluent, non essent propter hoc quod aphorismo aduersaretur.

Obiectio. Cum per tot loca possit sanguis expurgari, ut per hemorrhoidas uarices sputum &c. Cur tantummodo de naribus facit mentionem? Responso,

Quia omnibus alijs maius uel minus inest detrimentum, sed sola quæ fit per nares uacuatio nullo modo periculosa est. Hip. & Gal pronost. 3. cap. 7. capitis dolor uehemens & continuus cum febre, si quod ex indicijs extiterit exitiosis integro lethalis est, si uero ex ijs quæ didicisti de agro tanquam conualituro speres a principio quidem ad septimum diem sanguinis e naribus fluorem expectato, Hipp. ibidem magis expectari sanguinis oportet eruptionem in minoribus natu quintum & trigesimum annum agentibus, in maioribus autem natu suppurationem &c. Et aph. 4. aph. 25. sanguis quidem supra, qualiscunq; fuerit, malus infra autem bonus est. Bac. hic inteligitur de sanguine, ab ipso ore, non a naribus destillante, alioqui aphorismus esset falsus, quum sanguis e naribus defluens possit esse bonus &c. Et aph. 5. aph. 60. Quibus in febris aures obsurdauerunt, sanguis ex naribus fluens, aut aluus turbata soluit morbum, Auic. 2. 4. tr. i. ca. 73. & 74. Et plurimum accidit fluxus sanguinis narium iuuua-

tius in imparibus, & parum fit in quarto, In. 2. uero. 5. 7. et 9. fit & melior est qui sequitur partem infirmam & diuersificans non est cum illa bonitate, fluxus sanguinis narium paruus est malus, & pluris malitia est qui est sanguinis nigri & parum fit malus ex sanguine rubeo & splendido, & quum cadit in. 4. significat difficultatem crisis & c. Aet. ser. 5. cap. 124. fluxum sanguinis e naribus in quarta die in febris fientem. pessimum signum Hippocrates dicit. multitudinem enim significat in toto corpore aut in capite & c.

#### De asperitate linguæ.

Asperitas siue scabrities linguæ nihil aliud est q̄ superficiem linguæ in æqualitas cū siccitate et duritie. Fit aut̄ a uaporibus tenaciū humorū ad linguā peruenientibus, aut a caliditate nimia febrili satis super; desiccate. Fit etiā interdū in somno dum hiante ore dormimus hiatus siquidem oris humiditatem absorbit & c. Loci consentientes de linguæ scabritie.

Quod linguæ asperitas sit superficiem in æqualitas non est cur probem cum sensui satis pateat. Aet. ser. 5. c. 118. lingua inquit in febris aliquando siccat̄ aliquando exasperatur magis aut minus & diffringitur, aut nigrescit, aut carbonis speciem induit quod ad uiscerum inflammatione contingere solet & c. Gal. 2. de cau. morb. cap. 7. Quippe exasperantur que antea fuerunt leuia, & leuigantur que prius erant aspera, illa quidem ob acres humores, aut medicamenta abstergentia, hæc uero ob pinguem humorem aut uiscositatem & c. Hip. prorrh. i. text. 3. Densæ linguæ atq; aridæ phrenitice Gal. in com. inquit scriptum esse τρωχία id est aspera non autem δασύια id est densæ & reddit rationem, quæ postea uidere poteris, & subdit quod talis lingua immoderate siccitatis nota est, quo fit ut & ardentibus superueniat febris & c. lege uberius hunc locum, & plura scitu digna



inuenies: Auic. 1. 4. cap. 22. demonstrat asperitatem a uiscositate humorum fieri etiam a siccitate, quum dicat, cum eius asperitas non est pp uiscositatē, imo a siccitate oportet & c.

De cura asperitatis linguæ.

Asperitas unico duntaxat scopo curabitur, si ei naturalis leuitas restituitur. uerum si ad eius causas respexeris. Binæ erunt. in curanda asperitate indicationes. Altera quæ causæ antecedenti oppugnet. Altera causæ coniunctæ. Antecedens causa si humores uiscosi fuerint. aut eorum uapores, euacuatione quamprimum tollendi sunt si febrilis & igneus calor, frigidus extinguendus erit. Moxq; si tanquam causa coniuncta uiscidus humor asperitatem efficiat. statim cum abstergentibus remouebitur. Colluatur. ergo primū os cum oxy saccharo hydromellite & aqua hordeacea, & choleari argenteo. uel canula. uiscositas illa auferatur. possumus etiam in hoc casu cōficere ex saccharo & oleo Amygdalino dulci ueluti eclegma ac linguæ superficiem linire, moxq; spongia linguam expurgare. Sed si febrilis seruor in causa fuerit. tunc Asperitatem humectando aut infrigidando curabimus, utpote cum portulacæ succo in ore retento. Facit etiam rhu obsoniorum mulsæ admixtum. similiter prunæ damascenæ & myxa. At nigredini linguæ summopere subuenit sacculus ex mucilagibus seminum citoniorum psyllij super lingua admotus. nam scabritiem et tollit. Loci contin. de cura asperitatis linguæ.

Gal. in arte med. c. 95. quacūq; partes ob id quod exasperata naturalem amiserint habitū, his leuitas naturalis est restituenda, ossa leuigādo & asperam linguā leniendo humidis q̄ nihil mordeāt, et lentore habeant etc. Auic. 1. 4. c. 22. In essentia uiscositatis idest dū asperitas uiscositatē sequitur, fricetur lingua cū brusco cum oleo amygdalino & zuccharo tabarzet, idest ultimæ costionis donec mundetur & c. Act. ser. quinto

cap. 18. lingua quæ siccatur opus habet humectatione. Humecta-  
 nda autem est cum decocto seminum lini, efficacius tamē  
 erit si una myxæ coquantur. Deinde colluat os aqua pura aut  
 spongia pura detergeant. Et portulacæ succus in ore detentus  
 locos humectat, & prunorum damascenorum aut myxarum  
 ossa in ore detenta mitigant &c. Vide uberius Paulum lib. 2.  
 cap. 5. & Auic. loco cit. lege etiam Arculanum & Gentilem  
 de fulgineo in suo introductorio, ibi, Si lingua propter hu-  
 morem superfluum fuerit aspera os prius lauari oportet cū  
 aqua & aceto, & post mundari debet cum choleari argen-  
 teo, quod si lingua fuerit propter calorem adurentem nigra  
 ualet ad hoc sacculus mucilaginum &c.

Observationes circa uictum.

Aet. ser. 5. cap. 1. 18. Sunt cibi mordacitatis exortes & om-  
 nino non adstringentes, leuesq; ac sorbiles &c.

Observationes circa decubitum.

Paul. lib. 2. cap. 53. Caterum in latus decumbere prodest,  
 nam supinus cubitus exsiccatur, item os conuiuere, hiatus enim  
 madorem absunit, Auic. loc. cit. Et non oportet ut non po-  
 nantur puluina multa, neq; supinetur dormiens, nam hæc  
 duo exsiccant lignum &c.

Observationes circa topica.

Arcul. in. 1. 4. Auic. præmittatur remedium Auicennæ sci-  
 licet zucharam cum oleo amygdalino, & remaneat super  
 linguam per horam. Deinde sequatur oxymel, nam primum  
 mollientia, mox abstergentia magis conueniunt.

De pronosticis.

Aet. ser. 5. cap. cit. Si uero lingua nigrescat, aut carbonis spe-  
 ciem referat, et præcordia reperiantur mollia, periculosum  
 signum est &c. Auic. loc. cit. Oportet ut non dimittatur su-  
 per linguam nigredo, imo fricetur cum eo quod scis, et si nō,

eleuabuntur ad capui uapores maligni, & faciunt cadere in  
 sirsen & c. Bac. nigredinem hanc lingue fieri a uaporibus  
 adustis ex materia in uentriculo uel in membris spiritali-  
 bus contenta non est qui ignoret, unde ab eorum uaporatio-  
 nem & gustus corruptio sequitur, & accidit casus in sirsen  
 id est in paraphrenitiden & c.

### De uigiliis superfluis.

Vigilia quam graeci *εγρηνια* uocant, est si physicum lo-  
 quamur quaedam sensuum solutio, cuius causae efficientes sunt  
 concoctio iam perfecta, caloris natui super humiditate ob-  
 struentem uictoria, & puri sanguinis ab impuro in corde  
 perfecta seperatio, sunt & aliae accidentales causae, sicuti cor-  
 poris tactus, terribile somnium, malus humorum motus, do-  
 lores & c. At si medice loquamur uigilia est animalis dispo-  
 sitio, qua effunditur spiritus animalis ad instrumenta sensuum  
 & motus, ut eis utatur, & eius causas esse dicimus siccitate  
 scilicet primi sensitiui, & calorem interdum cum materia,  
 interdum absq; materia. Fiunt etiam uigiliae in febris sic-  
 cis cerebri mordicantibus sursum elatis & c.

### Loci consentientes de uigiliis & earum causis.

Quod uigilia sit quaedam sensuum solutio, hoc innuit sa-  
 tis unice Aristoteles in lib. de somno & uigilia, & ibi om-  
 nes adamusim causas recitat, quae nuper a me exaratae sunt.  
 De secunda diffinitione medica loquitur Auic. satis fuse ubi  
 de uigiliis & sathara uerba fecit. Gal. in lib. de plenit. circa  
 finem. Si principium sentiendi inquit siccescat, at incalescat,  
 statim in uigilia illabatur. Nam biliosi omnes ex utraq; bile,  
 insomnes degunt, & 2. aph. com. 3. Sic & uigiliae fiunt qui-  
 dem propter calorem primae partis sensitiuam: sed uel ex so-  
 la intemperatura, uel ex humoris biliosi abundantia & c. Vt  
 de etiam Gal. 3. de loc. aff. cap. 5. ibi, Ad haec non minori argu-

mento sunt capitis ardor & refrigeratio, siquidem ardor uigilias, refrigeratio soporem inducit & c. lege locum et uberiorius de uigilijs & somno plura inuenies, Auic. prima tertij, cap. 4. eius causa complexionalis est caliditas & siccitas, Fit etiam ex uisitate humiditatis occulte in cerebro, aut propter dolores et cogitationes communes & c. uide latius hunc Auic. textum & c.

#### De signis uigiliarum.

Si uigilia à siccitate nuda absq; caliditate prouenerint tunc capitis adest leuitas, & siccitas oculorum linguae et narium, nec aliquid caloris uel frigoris in capite percipitur, si à calore cum siccitate fierent, praeter iam dicta signa adhuc uisitur inflammatio & adustio, si ab humorum uisitate, tunc nares excrementis abundant, oculorum adest lippitudo, & sentitur quaedam parua grauitas in capite & uelociter expergiscuntur cum quosdam saltu, si uero orientur ex dolore febribus & cogitatione, tunc eorum cause pro indicijs supeditabunt.

#### Loci consentientes de signis uigiliarum.

Auic. prima tertij, tra. 4. cap. 5. signa eius quae fit à siccitate pura sine materia & non socia caliditati, sunt leuitas capitis & sensuum & c. Vide latius in hac re eius interpretes & qui recenter de his scripserunt.

#### De uigiliarum curatione.

Scopi pro curandis uigilijs erunt tantum duo, quorum alter causas uigiliarum remouebit, Alter uero multis modis somnum inducet, Si igitur uigiliam ex siccitate ac caliditate aeris cibi uel potus, aut ab accidentibus animi corporis sicuti a doloribus a febre, aut a falsis humoribus contingerint, uicè per contraria cuiusq; cause curabuntur. Si igitur a siccitate uigiliae prodiret, tunc humido uicè balneo temperato quiete

quiete & tranquillitate fruatur, & caput cum oleis hume-  
 riantibus ut cū oleo nenupharino uiolaceo uel rosaceo inun-  
 gatur, Si uero a caliditate similiter frigida proderunt ut la-  
 euca portulaca endiuiā cucurbita &c. Si a dolore sedetur  
 dolor, prout eius causa manifestabit, Si uero fierent ab hu-  
 morum nirositate, tunc omnia acria & salsa procul sint, &  
 euacuetur humor falsus uel nirosus cum cōfectione hamech.  
 electuario de dactilis &c. Cibetur patiens piscibus petrosis,  
 & carne tenui &c. Somnus post hæc introducitur cum lo-  
 tionibus extremarum partium cum rebus somniferis, cum  
 inunctionibus & cum unguento populeone opio & croco,  
 aut cum his quæ uirtutem animale[m] relaxant ligando siue  
 uinciendo extrema corporis, fabulando cum liminibus ac-  
 censis, compellendo eum ut palpebras aperiat ac conuiuet,  
 Prouocari etiam somnus potest, cum suppositorijs cum epi-  
 thematis circa tempora, cum suffumigijs & pulueribus, cum  
 pillulis de arnaglossa, & potionibus ut syrupo de papauere  
 uiolato cum decocto capitum papaueris et seminū eius emul-  
 sione, cum eclegmate, ac ipsis odoribus olfaciendo scilicet o-  
 leum nenupharinum de papauere, & nares linire modo non  
 sit quod prohibeat &c.

#### Loci consentientes de cura uigiliarum.

Prædictæ indicationes ex ipso Auic. 1. 37. c. de cura uigi-  
 liarum sumuntur, ubi singulus somnum efficientes causas re-  
 mouet, unde inquit oportet ut habens illam, cuius causa est  
 siccitas utatur cibo humido, & balneis temperatis &c. Vide  
 illum susus, & multa uno intuitu comprehendes quæ de pri-  
 ma indicationum a nobis supra relata sunt, De secunda indi-  
 catione loquutus est Aet. ser. 5. cap. 116. ibi si uigiliæ nimium  
 infestauerint manus & crura deligari iubebimus eo tem-  
 pore, quo ad somnum conuerti solent & hortamur, ut assidue

TT

aperiant ac claudant palpebras, donec satis fatigati fuerint, deinde de repente soluimus ligamenta & tollimus lucernam & multam quietem esse iubemus & c. Itidem ait Paul. lib. 2. c. 41. & Auic. 1. 4. cap. 20. ibi multiplicentur inter manus eius candelle & eleuentur uoces cū fabulis & c. De ceteris rebus somnum proliciētibus totas est in hoc capite plenus Auicen. & Aetius ubi puluinares odora menta suffumigia cataplasmata, & unguēta somnifera docet, itidem Paul. loc. cit. quos ne sim ita nimis longus a te consulendos relinquo. Vide fuzius in hac re Auic. 1. 3. tract. 4. c. 6. Item. 1. 4. ca. 20. uide etiam gentilem in suo intro d. ibi circa inquietudinem habentiū se brem ualeat ad hoc odorare frigido olea uel intigatur tenta bombacis in illis oleis, & ponatur in naribus. 2. oportet applicare in temporibus infrigidantia. 3. Si non fuerit quod prohibeat ut opilatio fortis uel apostema ualeat syrupus de papauere, & c. **Observationes circa stupefacientia.**

Arcul in. 1. 4. Auic. non conceditur inquit decoctio papaueris & mandragoræ & similibus stupefacientium in statu paroxysmorum aut exacerbationum, ne opilādo porros sua frigiditate intensa magis noceat quā stupefaciendo conferrat, unde Auic. ibi dixit esse talia preparanda cum æger inuenit leuitatem & quietem ex paroxysmo & c. & hæc intelligi debent de his omnibus quæ siue odore siue suffitu, siue lotionem & uapore possunt stupefacere, Nam Paul. lib. 2. ca. 41. loquens de suffitu, id ualere inquit modo caput repletum non sit, & Auic. loc. cit. Similiter si non fuerit quod prohibeat de tur in potu syrupus de papauere, & loco eius & c. unde eius expositores prohibentur hæc inquit si pleuritis ab humore crasso uel asthma adfuerint & c.

Somnum inducentia.

Somnum prouocant Agnus idest casus, aizoon, alchechem.

gi. amygdale amara, amomum, anethum, anisum, odor aristologiae, camphora cum aqua lactuca in modum caputpurgij, Castoreum cum oleo rosaceo, ceparum plurimus esus, cicuta, cinnamomum, odor cyperi, coriandrum, cotula, crocus, diacodion, diapaouer helleborus, phylonium romanum, Radices granati sylvestris, mandragora hiosciamus, lactuca, folia salicis, cucurbita, laudanum, malua, myrrha odor matri-carie, muscus herba, nenuphar, oleum Anethi, lactuca, papa-ueris uiolarum, nenupharis, cucurbita, opium, aqua hordeacea, albumen oui papauer, peucedanum, unguentum populeon, porrum plantago, requies nic sotira nic. rose, uiole, usnea, solatrum sandali, fumus styracis, sy. de papauer, triphera unguentum ros. uinum purum.

## De pronosticis uigiliarum.

Galenus. 7. meth. cap. 6. siccatur totum corporis habitum uigilia eoq; infestissima est ijs qui ex siccitate laborant, et 12. met. cap. 1. ledunt autem uitres uigiliae dolor et immodica euacuatio, et cap. 5. eiusdem uigiliae spiritum corrumpunt &c. Auic. 1. 3. tra. 4. cap. 4. et dicitur q; ille in quo Sahara sit fortis deinde accidit ei tussis, moritur. et cap. 6. eiusdem et quando species Saharae accidit in aetate senili, eius cura est praua, et alibi dixit, qd uigiliae cerebri intemperiem corrumpunt, ac ipsum debilitant, humores adurunt et acutos morbos praenuntiant etc. Hip. aph. 2. aph. 3. somnus atq; uigilia, utraq; si modum excefferint, malum. Bac. si modum excefferint intellige naturale, non qui tempore optime ualitudinis fieri solet, sed de eo, qui naturae expediet contra morbum, et nota somnum et uigiliam modum excedere tripliciter, quantitate scilicet qualitate et tempore, quantitate si fuerint superflui uel deficientes, qualitate si fuerint profundi et leues, tempore, si consueto uel insueto tempore dormierint uel uigilauerint, et sic trifariam nisi mediocritate seruauerint,

utr. q; mala sunt. Et aph. 7. aphor. 18. In uigilia conuulsio uel desipientia malum, Bac. lege Gal. comm. ubi inquit quod ex ijs quæ maxime euacuant & exsiccant uigiliæ sunt, atque ideo conuulsionem ex siccitate faciunt & desipientiam, quia immodicæ siccitatis ratione in longis uigilijs biliosior redditur sanguis &c.

#### De siti superflua.

Sitis est appetitus frigidi & humidi, & fit a superflua caliditate cerebri pulmonis & membrorum spiritualium, aut ab eorum siccitate, aut à toto ut in febris, aut fit a mala concoctione uentriculi, a quo uapores eleuati sitim inducunt, aut a mala temperie calida & sicca sine materia, uel cum materia biliosa & salsa.

#### Loci consentientes de sitis superflue causis.

Quid sit sitis lege Gal. de inæquali intemperie cap. 3. ibi esturiendo uel sitiendo deficiente hic humida, illic sicca substancia, &c. & 1. de diff. feb. cap. 7. siccitatem inducunt diurnæ euacuationes, & longi temporis fames & febres ardentis, atque ut in uniuersum dicatur, quæcunq; animalis solidas partes exsiccant sicuti febres heclicæ &c. Act. serm. 3. c. 19. Sitis duplex est altera ob humiditatis inopiam, altera ob caliditatis redundantiam, In febrientibus itaq; ambe affligunt &c. Gal. aph. 4. com. 19. Sitis fit aut propter uentriculi dispositionem, uel propter datum medicamentum, uel propter humoris euacuatæ naturam &c. lege rationes quas posthac adducit, uide etiam latius de his causis. s. aph. comm. 27. & 4. de sympt. cau. cap. 7. ibi. Si uero salis & biliosi humoris uitio mordicationem senserit uentriculus potionem magis, quam cibos desiderabit &c.

#### De curatione sitis superflue.

Sitis unica duntaxat indicatione curabitur, si causam a



qua sitis proficiscitur, unice remoueamus, Quare si caliditas ac siccitatis redundantia fuerit, statim cum refrigerantibus & humectantibus tollitur, ut cum mucilaginis seminum citoniorum psyllij & zacccharo, uinoq; granatorum compositis, si a calefactione cerebri & membrorum spiritualium, tunc ultra inunctiones circa caput factas ualet etiam anhelare super aqua frigida, uel frustum anguriz in ore retinere, uel Gargarismata ex aqua frigida & omphacio os colluere, aut epithemata circa collum gulam hepar frigida applicare, his tamen adde ad maiorem horum penetrationem aliquid aceti, Si causa fuerit mala concoctio, uel simplex siccitas somno quam primum auferetur, Si a uaporibus in somno concentratissis, uigilia eos resoluendo etiam sitim sedabunt, Si causa fuerit intemperies calida, & sicca simplex, tunc frigida actu & potentia congruunt, si talis intemperies fuerit biliosa uel salsa imbibita, tunc potus actu sit calidus potestate frigidus, Sitis ab eduliorum caliditate facta, aut ob multum uini potum, protinus remouebit frigide potio, Quae nisi iuuerint, ad narcotica & sensum oris uentriculi stupefacientia recurremus. Interim sex res non naturales in contrarium discrasie parentur, & si qua alia adsint symptoma corrigantur &c.

Loci consentientes de cura sitis superflue.

Quod caliditas & siccitas suis contrarijs remoueantur, non est ut totiens probetur, quum medicorum libri ex his reperi sint. Paul. lib. 2. cap. 52. Verum sitim in febribus placare solet fatus capitis ex oleo frigidissimo uel rosaceo uniuersim super accomodatus, & hoc intelligitur quando a cerebri caliditate sitis proficiscatur, unde Auic. 1. 4. cap. 17. Oportet ut inungatur caput cum oleo frigido ualde &c. Hac. intellige tu nisi fuerit quod hoc fieri prohibeat, sicuti destillatio, uel capitis repletio, De siti quae procedit ex calore spiritualium

membrorum loquitur etiam Paul. loc. cit. & Aetius serm. 8. c. 19. ubi commendat & glycyrrizam & catapotia, quae ex semine papaueris domestici tragacantho & ouorum albumine conficiuntur. Itidem ait Auic. proponens & mucilagines seminum citoniorum semina lactucae nigrae & tamarindos & c. De siti ex mala concoctione uel simplici siccitate loquitur Gal. 5. aph. com. 27. ibi. Concoquitur enim per somnum ut liquet, & subdescendit id quod efficit sitim, Aet. ser. 5. ca. 19. At sitis ob siccitatem facta medella est somnus, coequit enim humores, sed sitis ob caliditatem medella sunt uigiliae. Baccrati ratio est, quia calor in uigilijs circa superficiem expanditur, & uapores qui os uentriculi in festabant per uigilias resoluantur. unde Auic. loc. cit. & sitis quandoq; fit ex frigore & abscondit eam somnus, & quandoq; fit ex calore, & abscondunt eam uigiliae, & c. De intemperie calida & sicca lege Aesculani in. 1. 4. Auic. & intelliges quomodo frigida actu & potentia congruunt. De siti ex edulys calidi, & uini calore facta. uide Aet. loc. cit. & Gal. 5. aph. com. 27. ibi. Et illam quae facta est ex uino caliditatem aqua restinguere Theorema est medicinale. Quod ad narcotica sit tandem procedendum docet Aesculanus loc. cit. qui cum octo modos extinguendi sitim poneret, septimus inquit est stupefaciēdo aequaliter os stomachi cum intense frigidis actu & potentia, et hoc ualet in quacūq; siti & c. Aet. loc. cit. sint omnes cibi humectantes, & sic de reliquis sex rebus non naturalibus intelligito & c.

Observationes circa sitis remedia.

Aet. serm. 5. cap. 19. lenimenta quaedam sitis excogitanda sunt. nam intēpestiue sumptus potus non solū sitim nō extinguit. sed etiam uice uersa auget. In principijs. n. exacerbationum, omnes materiae febres accendētes ad profundum declinant, & propterea sitim intendūt. Datus autē in illo tempore

potus a materia multitudine superatur, et simul uitiatus ac-  
cessio fit mali, Quare in principijs et augmētis potus exhibi-  
tionē prohibere oportet, In uigoribus autē primum per gar-  
garismos et per collutiones oris sitis mitiganda erit, declina-  
tione incipiente potus dabitur, In remissione uero etiam no-  
lētes aliquādo cogantur potum assumere, ne humores ad exa-  
cerbationis accessionem delati reficcētur ac exurantur &c.

## De pronosticis sitis.

Hipp. aph. 4. aph. 19. Qui in medicamētis purgati nō sitiūt,  
nō quiescūt priusq; sitiāt. B. nota duplicē esse sitim, mendosā  
s. & uerā, Mēdosa fit in multis qui purgātur, ante ipsam eu-  
acuatiōē, & fit ob malā uentriculi dispositiōē, uel ob phar-  
macū assumptū, uel a natura humoris nondū euacuati. At ue-  
ra sitis illa est, quæ ab euacuatiōe exiccate uētriculi humidi-  
tate p̄ mēbrorū inanitiōē prouenit. pot̄ et interdū accidere,  
uel ob mordicatiōē, uel ob quā fecit medicina calefactiōē,  
sed quæ dicta est prius euacuatiōē iā fore cōpletū significat.  
Obiect. Qūo distinguitur uera sitis à mendosa? Respon.  
Dupliciter ratione symptomatū, & ex eo q; statim a princi-  
pio esse incipit, Ratione symp. quia mendosa cū grauitate ac  
molestia uētriculi mouetur. Vera at̄ cū quadā quiete leuitate  
ac sōno. præterea mēdosa, ab assūptiōe medicamēti statim in-  
cipit, uel paulopost, uera autē in p̄cessu euacuatiōis euacuata.  
s. nō parua quātitate humoris. sed de hac re legere poteris si-  
sus Mesuē ubi d̄ 4. intētiōe laxatiuorū, c. desiti loquitur, ibi. n.  
triplicē sitim demonstrat, Alterā quæ supoccupās d̄r, Alterā q̄  
succedēs et duplex est, una quæ euacuatiōi sufficēti succedit,  
altera q̄ euacuatiōi nimīū superfluētī seqtur uide illū susus.  
Hip aph. 5. aph. 27. Qui noctu bibere apētūt, ijs admodū sitiē-  
tibus, si sup dormierint, bonū. B. scias uelim q; potus trifariā  
cōsiderari pot̄. i. ut sitim sedat ac demulcet, & exhiberi debet.

parua huius quantitas ut lambendo potius quam deglutiendo bibatur. Secundo ut cibum liquefaciat, ac ad formam chyli illum redigat, idcirco in multo cibo multus potus, & in paucis paucus exhibeatur. Tertio, ut ad membra chylus deferatur, unde Auic. cap. de eo quod bibitur & comeditur inquit hominem non debere bibere in hora digestionis, sed facta digestionis, & de hoc potu tantum dari potest, quantum ipsa sitis naturalis desiderat & c.

Authores dissentientes circa sitim.

- 1 Adferere potum ualde sitienti non esse propinandum.
- 2 Adferere a somno potius augeri sitim quam tolli.
- 3 Adferere, sitim non esse indicium debita euacuationis.

Confutatio dissentientium circa sitim.

Ad primum respondet Gal. aph. 5. com. 27. dicens illud non esse in obscuro quod potus ualde sitientibus est dandus siue ex potatione uini meracioris siue ex defectu potus, sitis aduenit, Nam defectui succurre confert & c. & ita innuit potum esse sitienti propinandum.

Ad secundum respondetur quod somnus sitim ex nimio potu aut cibo producentem aufert, ut testatur Gal. loc. cit. & Hippocrates in eodem aphorismo, nam somnus calorem reuocando concoctionem adiuuat.

Obiectio.

Si a caliditate sitis oritur, quomodo per calorem reuocatum a somno potest auferri?

Responsio.

Scias quod cum calor naturalis in somno concentratur ualidiorem efficit concoctionem, ex qua id descendit quod sua acri caliditate sitim producebat, & sic calor digerendo sitim remouet, nec credas sitim a temperato calore oriri, quum potius ab igneo & non naturali ipsa proueniat.

Ad tertium Galen. aphor. 4. com. 19. Verum inquit in his quando abunde fuerint euacuati consequitur sitis, sufficiens

enim est ea, quæ ex euacuatione provenit siccitas hanc effici-  
re & c. Bac. quasi dicat sitis cum incipit ob membrorum ina-  
nitionem, est perfectum completa euacuationis indicium. un-  
de Auic. 4. 1. cap. 6. Ex significationibus quibus cognoscitur  
hora, qua est catharticum constringendum, est scitis, & cum  
uentris solutio perseverauerit, & sitis non acciderit, non erit  
timendum quod superfluitas perueniat & c. Obiectio.

Quoniam modo igitur cognoscam esse nimis euacuatum.

Responsio. Poteris cognoscere si ex cholagogo exhibitio  
ultra bilem pituita uel alius humor educeretur, deterioris ta-  
men periculi ac timoris est, si ab alijs humoribus etiam san-  
guis exierit, ut testatur Auic 4. 1. cap. cit.

De alijs febrium symptomatibus.

Quæ supersunt febrium symptomata de his fusius in se-  
cundo libro mentionem fecimus, nam de tussi, de dolore  
capitis, de alui profluuijs, de uomitu, et similibus re-  
petere, præter id, quod molestum est, etiam non  
debet. Quicquid igitur breuitati studen-  
tes de industria misimus, tuum  
erit quotiens lubeat, ad  
hæc consugere.

Finis libri quarti.